An. et vol. CIX | 2 Iunii 2017 | N. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico – Città del Vaticano – *Administratio*: Libreria Editrice Vaticana

ACTA FRANCISCI PP.

CONSISTORIA

Consistorium annuntiatur die XXXVIII mensis Iunii celebrandum pro novis Cardinalibus creandis.

Cari fratelli e sorelle,

Desidero annunciare che mercoledì 28 giugno terrò un Concistoro per la nomina di cinque nuovi Cardinali. La loro provenienza da diverse parti del mondo manifesta la cattolicità della Chiesa diffusa su tutta la terra e l'assegnazione di un titolo o di una diaconia nell'Urbe esprime l'appartenenza dei Cardinali alla diocesi di Roma che, secondo la nota espressione di S. Ignazio, "presiede alla carità" di tutte le Chiese.

Giovedì 29 giugno, Solennità dei Santi Apostoli Pietro e Paolo, concelebrerò la S. Messa con i nuovi Cardinali, con il Collegio Cardinalizio, con i nuovi Arcivescovi Metropoliti, i Vescovi e alcuni presbiteri.

Ecco i nomi dei nuovi Cardinali:

1. S.E. Mons. Jean Zerbo, Arcivescovo di Bamako, Malí.
2. S.E. Mons. Juan José Omella, Arcivescovo di Barcellona, Spagna.
3. S.E. Mons. Anders Arborelius, O.C.D., Vescovo di Stoccolma, Svezia.
4. S.E. Mons. Louis-Marie Ling Mangkhanekhoun, Vescovo titolare di Acque nuove di Proconsolare, Vicario Apostolico di Paksé, Laos.
5. S.E. Mons. Gregorio Rosa Chávez, Vescovo titolare di Mulli, ausiliare dell'Arcidiocesi di San Salvador, El Salvador.

Affidiamo i nuovi Cardinali alla protezione dei Santi Pietro e Paolo, affinché con l'intercessione del Principe degli Apostoli, siano autentici

servitori della comunione ecclesiale e con quella dell'Apostolo delle genti, siano annunciatori gioiosi del Vangelo nel mondo intero e, con la loro testimonianza ed il loro consiglio, mi sostengano più intensamente nel mio servizio di Vescovo di Roma, Pastore universale della Chiesa.

Roma, 21 maggio 2017.

LITTERAE DECRETALES

I

Quibus beato Stanislao a Iesu Maria Papczyński Sanctorum honores decernuntur.

FRANCISCUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

ad perpetuam rei memoriam

«Ecce tibi recta sequendi Christi proponitur regula: surgere et sequi. Si enim non surrexisti, non sequeris, etiamsi post eum tibi videaris figere gressum. Si loculos habes propriae voluntatis, proprii amoris et similium, non sequeris, non sequeris vere Christum. (...) Surge ergo et sequere: nam nisi surrexeris, nequaquam sequeris» (*Inspectio cordis* 11, 2).

Haec verba revera regulam vitae constituebant beati Stanislai a Iesu Maria (in saeculo: Ioannis Papczyński). In *Podegrodzie* natus est, in Polonia, die XVIII mensis Maii anno MDCXXXI. Primariae et mediae scholae expletis curriculis, collegia Iesuitarum Leopoli et Ravae Masoviae frequentavit ubi anno MDCLIV biennium etiam philosophiae complevit. Vocationis ad vitam religiosam signis perceptis, novitiatum ingressus est Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum, Piarum in *Podoliniec*. Secundo novitiatus anno studia iterum incohavit theologiae atque vota simplicia nuncupavit. Presbyter die XII mensis Martii anno MDCLXI est ordinatus. Veluti magister rhetoricae eminuit, praedicator et confessarius. Inter paenitentes qui eum solebant adire Nuntius etiam fuit Apostolicus in Polonia, Excellentissimus Dominus Antonius Pignatelli, qui postea Successor Petri electus est nomen sibi imponens Innocentium XII. Eodem tempore pater Stanislaus propriae communitatis vitae religiosae assidue se dicavit. In Ordine multa munera adimplenda ei sunt concredita atque emicuit veluti promotor strictae observantiae spiritus Fundatoris, sancti Iosephi de Calasanz. Postquam indultum accepit ut Ordinem relinqueret, novam Congregationem fundare coepit, videlicet Clericorum Marianorum ab Immaculata Conceptione Beatissimae Virginis Mariae, cui cultum, Immaculatae promovere proposuit atque in apostolatu cum parochis cooperari. Eventibus mysticis inspiratus, voluit inter praecipua Instituti proposita etiam operam spiritualis misericordiae

inserere suffragium pro animis egentioribus, praesertim pro belli et pestis victimis. Anno MDCLXXVII secundam accepit domum, illam videlicet Novae Ierusalem, prope hodiernum Montem Calvariae, vulgo *Gora Kalwaria*, in qua usque ad mortem mansit, parvum conventum incolens contingentem sacellum dictum "Cenaculum Domini", sedulam navitatem apostolicam exercens, etiam pro bono pauperis ruris gentis. Fama eius exemplaris vitae diffusa est, ita ut multi auxilium Beati quaerebant in miseriis corporalibus et spiritualibus. Hanc ob rem iam in vita "pater pauperum" appellabatur. Semper regulam fideliter servavit atque Instituti religiosi moderamini diligenter se dicavit. Graviter iam aegrotans, apud dictum Montem Calvariae die XVII mensis Septembris anno MDCCI pie in Domino obdormivit, suos benedicens confratres atque desiderium ardens ostendens se cum Christo coniungendi. Eius spiritalis ratio mariali devotione insignita est, suffragio pro defunctis, quibus orationes ferventiores dicavit, atque pastorali actuositate, praesertim inter personas litteris carentes et pauperes. De credentibus sanctificandis sollicitus atque pro certo habens etiam laicos ad sanctitatem vocari, exemplar eis dedit, etiam per plurima scripta, cuius fundamentum in verbis sancti Pauli posuit de christiano veluti "templo Dei" (*1 Cor* 3, 16).

Omnibus iuris normis servatis, clarus Decessor Noster Benedictus XVI eum die XVI mensis Septembris anno MMVII inter Beatos recensere voluit.

Intuitu Canonizationis, Postulatio Causae examini subiecit Congregationis de Causis Sanctorum miram habitam sanationem puellae quae Liccanensi in urbe, in Polonia, anno MMVIII evenit. De sanatione apud Curiam ecclesiasticam Liccanensem a die XVI mensis Novembris anni MMXII ad diem XXX mensis Aprilis anni MMXIV dioecesana instructa est Inquisitio, cuius iuridica validitas a Congregatione de Causis Sanctorum decreto die XXVII dato mensis Iunii anno MMXIV est agnita. Consilium Medicorum Congregationis in Sessione die XVII mensis Septembris anno MMXV agnovit sanationem celerem fuisse, integram constantemque atque sub luce scientiae medicae nostrae aetatis inexplicabilem. Consultores Theologi in Congressu Peculiari die X mensis Novembris anno MMXV habito faventem sententiam protulerunt. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria die XII mensis Ianuarii anno MMXVI congregati edixerunt sanationem verum miraculum fuisse. Nosmet Ipsi die XXI eiusdem mensis facultatem Congregationi de Causis Sanctorum tribuimus ut decretum super miraculo promulgaret. Deinde, in

Consistorio die XV mensis Martii anno MMXVI Canonizationem beati Stanislai a Iesu Maria die V mensis Iunii eodem anno celebrandam decrevimus.

Hodie igitur in Foro Petriano inter sollemnia hanc pronuntiavimus formulam: Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Stanislaum a Iesu Maria Papczyński et Mariam Elisabeth Hesselblad Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis Iunii, anno Domini bismillesimo sexto decimo, Pontificatus Nostri quarto.

EGO FRANCISCUS

Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*



Loco ✠ Plumbi

In Secret. Status tab., n.

II

Quibus beato Ludovico Pavoni Sanctorum honores decernuntur.

FRANCISCUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

ad perpetuam rei memoriam

«Scripsi vobis, adulescentes: Fortes estis, et verbum Dei in vobis manet, et vicistis Malignum» (*1 Io* 2, 14).

Haec verba apostoli Ioannis ardenter beatus Ludovicus Pavoni vixit, cuius vita magno educationis studio est signata, quod, dum conscius condicionis fuit necessitatis paupertatisque in quibus tot adulescentes et iuvenes illius aetatis inveniebantur, coacti ad scholam derelinquendam ut opus facerent, eum incitavit ut se iuventuti dicaret.

Brixiae die XI mensis Septembris anno MDCCLXXXIV est natus, tempore videlicet gravium rerum politicarum et socialium mutationum. A iuventute miti eminuit teneroque spiritu in egentes; eius intellectus vivax et acutus eum adducebat ad quaestiones definitive et effective obeundas. Undeviginti annos natus, divinae vocationi respondens, se palam iter ad sacerdotium inivit atque die XXI mensis Februarii anno MDCCCVII presbyter est ordinatus. Statim diligenti opera pro iuvenibus eminuit potissimum pro pauperioribus, pro quibus oratorium aperuit, quod breviore tempore plus quam CCL eorum accepit. Semper concorditer cum Episcopo qui eum iuvabat, anno MDCCCXVIII, in conventu olim Ordinis Sancti Augustini Institutum Sancti Barnabae fundavit, familiam videlicet et ambitum institutionis ad vitam, fidem et laborem pro iuvenibus in condicione maioris necessitatis. Pro ipsis laboratoria aperuit, quae primas constituebant scholas artificum. Inter quas «schola typographorum» est memoranda, prima videlicet huius generis schola in Italia, deinde Domus Editoria, quae multum bonae rei pressoriae tribuit diffundendae. Beatus Ludovicus Pavoni vehementer desiderabat, quod nota peculiaris istius Instituti vel Artium Collegi sit, ut in illo «filii pauperes, a parentibus derelicti atque familiaribus, ibidem omnia quae amiserant reperirent: non solum panem, vestimentum et in litteris artibusque institutionem, sed patrem et matrem, familiam

qua sinistrae vitae vicissitudines eos privaverunt». Tempore cholerae luis anno MDCCCXXXVI beatus Ludovicus Pavoni Institutum aperuit etiam pueris qui ob pestem orbi erant. Opus crevit et Beatus in animo habuit, ad illud confirmandum et provehendum, suis cum diligentioribus iuvenibus congregationem religiosam condere. Itaque die XI mensis Augusti anno MDCCCXLVII erecta est Congregatio Filiorum Mariae Immaculatae et die VIII mensis Decembris in sesto Conceptionis B.M.V. una cum primis fratribus professionem religiosam emisit. Tempore belli anno MDCCCXLIX, in «Decem diebus» Brixiae. ut suos salvaret pueros, pedibus illos comitans atque sub pluvia ad pagum "Sainat", sibi inflammationem contraxit bronchiorum et pulmonum, quae die I mensis Aprilis eiusdem anni, Dominica in Palmis, eum ad mortem inter generalem luctum adduxit. Novit ipse definitam indolem, attentionem erga alios, animum solidalem, misericordiosum et blandum cum fide firma coniungere, precibus sustentata atque continua cum Deo communione, ita ut iure eum hominem Dei hominumque appellare licet. Vocationem Domini usque ad plenum sui ipsius donum suorumque bonorum est prosecutus: eius donum responsio fuit caritatis quae culmina heroica attigit. Sua incepta ad finem valuit adducere plene Divinae confidens Providentiae. In fundamento amoris operosi, vita sacrificiorum sustentati, exemplum exstitit ipsius Iesu Christi, cui propriam decrevit vitam conformare. Imitatio Christi beatum Ludovicum Pavoni duxit ad integrum donum suae vitae offerendum, in luce sententiae sancti Pauli, quam saepe suis in scriptis memorat: «Omnibus omnia factus sum» (*1 Cor* 9, 22). Modus vivendi qui ei proprius fuit alta signatus est humilitate, suavi et intima devotione erga Beatam Virginem Mariam alita, quam potissimum veluti Matrem Divinae Providentiae est veneratus quamque Protectricem considerabat ipsi dicatae Congregationis Filiorum Mariae Immaculatae. Noster sanctus Decessor Ioannes Paulus II de eo scripsit: «Rationem institutionis et introductionis ad opus navandum paravit quae scholas artificum nostrae aetatis praeludebat, introducens mutationes quae prophetice doctrinam socialem Ecclesiae anticipabant» (*Sermo in audientia,* die XV mensis Aprilis anno MMII).

Fama sanctimoniae qua in vita fruebatur effecit ut Episcopus Brixiensis die XI mensis Februarii anno MCMVIII Causam incoharet Beatificationis. Clarus Decessor Noster Pius XII Decretum de virtutibus heroicis die XIV

mensis Iunii anno MCMXLVII emanavit et, servatis omnibus de iure servandis, sanctus Ioannes Paulus II eum die XIV mensis Aprilis anno MMII beatum proclamavit. In intuito canonizationis examini subiecta est coniecta sanatio miraculosa, quam Consilium Medicorum Congregationis de Causis Sanctorum in Congressione die X mensis Martii anno MMXVI iudicavit sub luce scientiae medicae inexplicabilem esse. Consultores Theologi, in Congressu Peculiari die V mensis Aprilis armo MMXVI, eiusmodi sanationem intercessioni beati Ludovici Pavoni tribuerunt; idem etiam Patres Cardinales et Episcopi iudicaverunt in Sessione Ordinaria die III mensis Maii eiusdem anni. Demum sex post dies Nosmet Ipsi Congregationi de Causis Sanctorum facultatem dedimus ut Decretum super miraculo promulgaret. In Consistorio deinde die XX mensis Iunii eodem anno decrevimus Canonizationem beati Ludovici Pavoni die XVI mensis Octobris anno MMXVI celebratum iri.

Hodie igitur Romae in foro Petriano inter Missarum sollemnia hanc pronuntiavimus formulam:

Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Salomonem Leclercq, Iosephum Sánchez del Rio, Emmanuelem González García, Ludovicum Pavoni, Alfonsum Mariam Fusco, Iosephum Gabrielem del Rosario Brochero et Elisabetham a Sanctissima Trinitate Catez Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spritus Sancti.

Praeclarus hic religiosus vir excellentem ostendit spiritalem progressum, Christi eiusque Ecclesiae dilectionem atque insignia dedit pietatis testimonia. Studiose salutiferas veritates omnibus, potissimum iuvenibus et pauperibus, nuntiare properavit, rerum adiuncta aetatis suae et condiciones vitae humanae perspicue considerans et interpretans. Dum illius conspicimus totam vitam, virtutes et pastoralis navitatis multa incepta, ad altiorem usque in cotidiano itinere imitationem Salvatoris incitamur adque sanctitatem et proprii status perfectionem sequendam clare invitamur.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die sexto decimo mensis Octobris, anno Domini bis millesimo sexto decimo, Pontificatus Nostri quarto.

EGO FRANCISCUS

Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*



Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 342.361

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Dei Servo Iacobo Abbondo beatorum honores decernuntur.

FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «Sacratissime Cor Iesu, humiliter te adoro et amo toto corde meo. Precamur te, Sacratissime Cor: converte peccatores, ne pretiosissimus sanguis tuus sinat quemquam perire; inflamma corda nostra sancto amore tuo» (ex libello diario Iacobi Abbondo).

Haec oratio, quam Venerabilis Dei Servus Iacobus Abbondo cotidie recitabat tamquam expressionem devotionis suae erga Sacratissimum Cor Iesu necnon voluntatis suae ut apostolus divinae misericordiae fieret, bene demonstrat studium eius in salutem portionis populi Dei eius curae commissae.

Natus Truentiani, in provincia Vercellensi, die XXVII mensis Augusti anno MDCCXX, Iacobus Abbondo primum educatus est a patruo suo, sacerdote, nomine Carolo Ioanne. Schola prima Truentiani facta, artem rhetoricam, philosophiam et theologiam studuit Vercellis ac deinde litteras Taurini. Sacerdos pro dioecesi Vercellensi ordinatus est die XXI mensis Martii anno MDCCXLIV. Comes Cusani eum elegit ad docendum suos liberos. Diligenter adiumentum dedit parocho ecclesiae Sancti Michaëlis Vercellis in munere eius pastorali fungendo. Cum sodalis Societatis Matris Boni Consilii esset, multi seminaristae necnon adspirantes ad vitam religiosam quaesiverunt eum tamquam spiritus moderatorem. Insuper cum sodalis Societatis Sancti Ioannis Decollati esset, ministravit iis qui vinculis vel supplicio capitis damnati sunt.

Die XVI mensis Iunii anno MDCCLVII nominatus est parochus Truentiani, ubi mansit usque ad mortem. Primum decennium eius regiminis paroeciae dicatum est catechesi; quo tempore ignorantia legendi scribendique atque inscientia religionis christianae rare praesertim diffusae sunt. Quo acrius fides populi eius excitaretur, Iesuitas ad paroeciam suam anno MDCCLIX invitavit ut missionem popularem praedicarent. Occasio fuit ei vinculum cum Summo Pontifice corroborandi necnon damnandi Iansenismum et nimiam

severitatem contra frequentem participationem sacramentalem. Altero decennio ineunte eius gubernationis illius paroeciae, ipse curavit ut ecclesia paroecialis consecraretur, et anno MDCCLXX vocavit patres Carmelitas ad alteram missionem praedicandam populo, qui laetanter episcopum amplectus est cum venit in visitationem pastoralem Truentiani. Parochus gavisus est acroasim episcopo dare de statu paroeciae, quae multum carpsit fructum de eius apostolatu. Venerabilis Servus Dei fuit praedicator indefessus non solum in sua paroecia, verum etiam in aliis paroeciis vicinis. Eadem de causa ille recte aestimabatur Decianae, in Seminario urbano et in coenobiis monialium Benedictinarum et Cisterciensium Vercellis. Anno MDCCLXXXIII vocavit patres Franciscanos ad tertiam missionem praedicandam, quam ipse ardenter participavit apostolatu suo. Pater Iacobus ipse visitabat omnes aegrotantes et pauperes paroeciae et, medico adiuvante, indicem nominum eorundem dedit Congregationi a Caritate. Sic incepit novum modum opera pastoralia faciendi qui fructifer evasit in omnibus provinciis. Venerabilis Servus Dei omnia fecit ex voluntate vivendi secundum virtutes quas ipse conatus est exercere modo heroico. Sicut authenticus vir Dei, quandocumque non dedebat se ad praedicandum vel ad opera paroecialia implenda, inivit in orationem, etiam noctu. Dedidit se integre populo evangelizando. Finis operis eius fuit semper Deus ipse, cui suos labores obtulit necnon passiones. Amor proximi necnon potentia fidei urgebant eum ad orationem et opera caritatis facienda.

Favit incremento fidei populi curae suae commissi praecipue per praedicationem exercitationum spiritalium. Magna prudentia intendit vires ad reconciliationem inter litigantes. Fortiter oppetivit cunctas difficultates personales et communitarias.

Cuique recte dedit quod necesse erat, ut nemo abscederet ab eo dicens se adiumentum solatiumque sive materiale sive spiritale non accepisse. In simplicitate et sobrietate cibum sumebat atque vestibus iuxta paupertatem evangelicam se induebat. Donis spiritualibus praeditus est quibus moribundos consolabatur in transitu ad vitam aeternam. Quotannis omnes, etiam remotissimas, visitabat villas intra fines paroeciae stantes, ibique catechesim docebat quandoquidem pueri scholam in urbe non poterant frequentare. Eo defuncto die IX mensis Februarii anni MDCCLXXXVIII, omnes patresfamiliae Truentiani subsignarunt documentum quo testimonium perhibuerunt de perspicua eius sanctitate.

Bella saeculo duodevicesimo in Italia erupta impediverunt ne Causa introduceretur. Fama vero eius sanctitatis ab Archiepiscopo Vercellensi conspecta, actus est Processus lnformativus in archidioecesi ab anno MCMXXII ad annum MCMXXXII, redintegratus per novam Inquisitionem dioecesanam ab anno MCMXCVIII ad annum MMII actam. Cunctis ad legem spectantibus servatis *Positione*que parata, Consultores Theologi, in Congressu die XIV mensis Decembris anno MMXII habito, votum emiserunt positivum. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria die VI mensis Maii anno MMXIV habita iudicaverunt virtutes a Iacobo Abbondo exercitas heroicas esse. Quamobrem Nos die IX mensis Maii anno MMXIV mandavimus ut Congregatio de Causis Sanctorum Decretum de hac re evulgaret.

Praebita deinde est Congregationi de Causis Sanctorum, beatificationis causa, uti maturus fructus devotionis populi, quaedam sanatio intercessioni Venerabilis Servi Dei tributa. Coetus Medicorum Congregationis de Causis Sanctorum, die XIV mensis Aprilis anno MMXIV congregatus, hanc sanationem scientifice inexplicabilem iudicavit. Die XX mensis Novembris anno MMXIV habitus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, qui iudicaverunt hanc sanationem a Deo patratam esse per intercessionem Venerabilis Servi Dei Iacobi Abbondo. Die XIV mensis Aprilis anno MMXV acta est Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, qui hanc sanationem verum enuntiaverunt miraculum. Quapropter Nos Ipsi die V mensis Maii anno MMXV mandavimus ut Congregatio de Causis Sanctorum Decretum super miro promulgaret atque statuimus ut sollemnis beatificationis ritus die XI mensis Iunii anno MMXVI Vercellis celebraretur.

Hodie igitur, in praedicta urbe, de mandato Nostro Venerabilis Frater Noster Angelus S.R.E. Cardinalis Amato, Praefectus Congregationis de Causis Sanctorum, textum Litterarum Apostolicarum legit, quibus Nos Venerabilem Servum Dei Iacobum Abbondo im Beatorum numerum adscribimus:

Nos, vota Fratris Nostri Marci Arnolfo, Archiepiscopi Metropolitae Vercellensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabilis Servus Dei Iacobus Abbondo, sacerdos dioecesanus, parochus, pastor secundum cor Christi, Beati nomine in posterum appelletur eiusque festum die nona mensis Februarii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Deum exoramus, ut, huius presbyteri intercessione, qui induit iustitiam et Christi vestigia sedulo consectatus est, in omnibus dona sua multiplicet et tempora eorum in pace disponat, qui, eiusdem vita et conversatione informati, fidem servent, quam verbo ille docuit, et viam sequantur, quam exemplo monstravit.

Quae vero per has Litteras statuimus, ea firma sint in perpetuum, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XI mensis Iunii, anno Domini MMXVI, Pontificatus Nostri quarto.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS card. PAROLIN
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi

In Secret. Status tab., n. 316.376

II

Servis Dei Paulo Yun Ji-chung et CXXIII Sociis beatorum martyrum honores decernuntur.

FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus et post haec non habent amplius, quod faciant» (*Lc* 12, 4).

Haec verba ex Evangelio secundum Lucam excepta magnopere pertinent ad nobilem coetum fidelium qui, saeculo XVIII exeunte, Ecclesiam in Corea non solum sustinuerunt, sed ipsam quasi fundaverunt. Hi veri "Dei amici" missionarios noverant catholicos Pechini et, amore Iesu Christi et Evangelii Eius ardentes, Bonum Nuntium in terras suas portaverunt et de Eo testimonium morte sua perhibuerunt. Nuntium vero christianum nec a domo regnatrice *Joseon* nec a gubernio *Shinyi* est acceptum. Qua de re primum saeculum Ecclesiae Coreanae fuit saeculum reapse "Ecclesiae Martyrum".

Ideo Praedecessor Noster sanctus Ioannes Paulus II, anno MCMLXXXIV, CIII homines ex Corea in numerum sanctorum martyrum rettulit.

Hodie Nos Ipsi alios CXXIV homines eadem ex natione ad beatorum martyrum ordinem ascribimus. Alii nobiles, alii praefecti, alii mercatores, alii ex plebe, omnes vero effuderunt sanguinem pro Domino, qui est Via, Veritas et Vita.

Hi martyres sunt:

1. Paulus Yun Ji-chung, annos XXXII natus, die VIII mensis Decembris anno MDCCXCI in *Jeonju* occisus.
2. Iacobus Kwon Sang-yeon, annos XL natus, die VIII mensis Decembris anno MDCCXCI in *Jeonju* occisus.
3. Petrus Won Si-jang, annos LXI natus, die XXVIII mensis Ianuarii anno MDCCXCIII in *Hongju* occisus.
4. Paulus Yun Yu-il, annos XXXV natus, die XXVIII mensis Iunii anno MDCCXCV Seuli occisus.
5. Matthias Choe In-gil, annos XXX natus, die XXVIII mensis Iunii anno MDCCXCV Seuli occisus.
6. Sava Ji Hwang, annos XXVIII natus, die XXVIII mensis Iunii anno MDCCXCV Seuli occisus.
7. Paulus Yi Do-gi, annos LV natus, die XXIV mensis Iulii anno MDCCXCVIII in *Jeongsan* occisus.
8. Franciscus Bang, die XXI mensis Ianuarii anno MDCCXCIX in *Hongju* occisus.
9. Laurentius Pak Chwi-deuk, annos XXX natus, die III mensis Aprilis anno MDCCXCIX in *Hongju* occisus.
10. Iacobus Won Si-bo, annos LXIX natus, die XVII mensis Aprilis anno MDCCXCIX in *Cheongju* occisus.
11. Petrus Jeong San-pil, annos L natus, anno MDCCXCIX in *Deoksan* occisus.
12. Franciscus Bae Gwan-gyeom, annos LX natus, die VII mensis Ianuarii anno MDCCC in *Cheongju* occisus.
13. Martinus In Eon-min, annos LXIII natus, die IX mensis Ianuarii anno MDCCC in *Haemi* occisus.
14. Franciscus Yi Bo-hyeon, annos XXVII natus, die IX mensis Ianuarii anno MDCCC in *Haemi* occisus.
15. Petrus Jo Yong-sam, die XXVII mensis Martii anno MDCCCI in *Gyeonggido* occisus.

16. Ioannes Choe Chang-hyeon, annos XLII natus, die VIII mensis Aprilis anno MDCCCI Seuli occisus.
17. Augustinus Jeong Yak-jong, annos XLI natus, die VIII mensis Aprilis anno MDCCCI Seuli occisus.
18. Franciscus Xaverius Hong Gyo-man, annos LXIII natus, die VIII mensis Aprilis anno MDCCCI Seuli occisus.
19. Thomas Choe Pil-gong, annos LVII natus, die VIII mensis Aprilis anno MDCCCI Seuli occisus.
20. Lucas Hong Nak-min, annos L natus, die VIII mensis Aprilis anno MDCCCI Seuli occisus.
21. Marcellinus Choe Chang-ju, annos LII natus, die XXV mensis Aprilis anno MDCCCI in *Yeoju* occisus.
22. Martinus Yi Jung-bae, annos L natus, die XXV mensis Aprilis anno MDCCCI in *Yeoju* occisus.
23. Ioannes Won Gyeong-do, annos XXVII natus, die XXV mensis Aprilis anno MDCCCI in *Yeoju* occisus.
24. Iacobus Yun Yu-o, die XXVII mensis Aprilis anno MDCCCI in *Yanggeun* occisus.
25. Petrus Choe Pil-je, annos XXXI natus, die XIV mensis Maii anno MDCCCI Seuli occisus.
26. Lucia Yun Un-hye, die XIV mensis Maii anno MDCCCI Seuli occisa.
27. Candida Jeong Bok-hye, die XIV mensis Maii anno MDCCCI Seuli occisa.
28. Thaddaeus Jeong In-hyeok, die XIV mensis Maii anno MDCCCI Seuli occisus.
29. Carolus Jeong Cheol-sang, die XIV mensis Maii anno MDCCCI Seuli occisus.
30. Barbara Sim A-gi, annos XVIII nata, prima hebdomade mensis Aprilis anno MDCCCI Seuli occisa.
31. Iacobus Zhou Wen-mo, annos XLIX natus, die XXXI mensis Maii anno MDCCCI Seuli occisus.
32. Columba Kang Wan-suk, annos XL nata, die II mensis Iulii anno MDCCCI Seuli occisa.
33. Susanna Kang Gyeong-bok, annos XXXIX nata, die II mensis Iulii anno MDCCCI Seuli occisa.
34. Matthaeus Kim Hyeon-u, annos XXVI natus, die II mensis Iulii anno MDCCCI Seuli occisus.
35. Viviana Mun Yeong-in, annos XXV nata, die II mensis Iulii anno MDCCCI Seuli occisa.

36. Iuliana Kim Yeon-i, die II mensis Iulii anno MDCCCI Seuli occisa.
37. Antonius Yi Hyeon, die II mensis Iulii anno MDCCCI Seuli occisus.
38. Ignatius Choe In-cheol, die II mensis Iulii anno MDCCCI Seuli occisus.
39. Agatha Han Sun-ae, die II mensis Iulii anno MDCCCI in *Yanggeun* occisa.
40. Barbara Jeong Sun-mae, annos XIV nata, die III mensis Iulii anno MDCCCI in *Yeoju* occisa.
41. Agatha Yun Jeom-hye, die IV mensis Iulii anno MDCCCI in *Yanggeun* occisa.
42. Barnabas Kim I-u, mense Maio anni MDCCCI Seuli occisus.
43. Paulus Yi Guk-seung, annos XXIX natus, ad finem mensis Maii anni MDCCCI in *Gongju* occisus.
44. Andreas Kim Gwang-ok, annos LX natus, die XXV mensis Augusti anno MDCCCI in *Yesan* occisus.
45. Petrus Kim Jeong-deuk, die XXV mensis Augusti anno MDCCCI in *Daecheung* occisus.
46. Stanislaus Han Jeong-heum, die XXVI mensis Augusti anno MDCCCI in *Gimje* occisus.
47. Andreas Kim Cheon-ae, annos XLI natus, die XXVII mensis Augusti anno MDCCCI in *Jeonju* occisus.
48. Matthias Choe Yeogyeom, annos XXXVIII natus, die XXVII mensis Augusti anno MDCCCI in *Mujang* occisus.
49. Franciscus Kim Jong-gyo, annos XLVII natus, die IV mensis Octobris anno MDCCCI Seuli occisus.
50. Philippus Hong Pil-ju, annos XXVII natus, die IV mensis Octobris anno MDCCCI Seuli occisus.
51. Augustinus Yu Hang-geom, annos XLV natus, die XXIV mensis Octobris anno MDCCCI in *Jeonju* occisus.
52. Franciscus Yun Ji-heon, annos XXXVII natus, die XXIV mensis Octobris anno MDCCCI in *Jeonju* occisus.
53. Ioannes Yu Jung-cheol, annos XXII natus, die XIV mensis Novembris anno MDCCCI in *Jeonju* occisus.
54. Ioannes Yu Mun-seok, annos XVII natus, die XIV mensis Novembris anno MDCCCI in *Jeonju* occisus.
55. Florus Hyeon Gye-eum, annos XXXVIII natus, die X mensis Decembris anno MDCCCI Seuli occisus.
56. Franciscus Kim Sa-jip, annos LVIII natus, die XXV mensis Ianuarii anno MDCCCII in *Cheongju* occisus.

57. Gervasius Son Gyeong-yun, annos XLII natus, die XXIX mensis Ianuarii anno MDCCCII Seuli occisus.
58. Carolus Yi Gyeong-do, annos XXII natus, die XXIX mensis Ianuarii anno MDCCCII Seuli occisus.
59. Simon Kim Gye-wan, die XXIX mensis Ianuarii anno MDCCCII Seuli occisus.
60. Barnabas Jeong Gwang-su, die XXX mensis Ianuarii anno MDCCCII in *Yeoju* occisus.
61. Antonius Hong Ik-man, die XXIX mensis Ianuarii anno MDCCCII Seuli occisus.
62. Thomas Han Deok-un, annos L natus, die XXX mensis Ianuarii anno MDCCCII in *Gwangju* occisus.
63. Simon Hwang Il-gwang, annos XLV natus, die XXX mensis Ianuarii anno MDCCCII in *Hongju* occisus.
64. Leo Hong In, annos XLIV natus, die XXX mensis Ianuarii anno MDCCCII in *Pocheon* occisus.
65. Sebastianus Kwon Sang-mun, annos XXXIII natus, die XXX mensis Ianuarii anno MDCCCII in *Pocheon* occisus.
66. Ludgera Yi Sun-i, annos XX nata, die XXXI mensis Ianuarii anno MDCCCII in *Jeonju* occisa.
67. Matthaeus Yu Jung-seong, annos XVIII natus, die XXXI mensis Ianuarii anno MDCCCII in *Jeonju* occisus.
68. Pius Kim Jin-hu, annos LXXV natus, die I mensis Decembris anno MDCCCXIV in *Haemi* occisus.
69. Magdalena Kim Yun-deok, annos L nata, ad finem mensis Aprilis anni MDCCCXV in *Daegu* occisa.
70. Alexius Kim Si-u, annos XXXIII natus, non multum post diem XXI mensis Octobris anni MDCCCXVI in *Daegu* occisus.
71. Franciscus Choe Bong-han, annos XXX natus, mense Maio anni MDCCCXV in *Daegu* occisus.
72. Andreas Seo Seok-bong, non multum post diem XXI mensis Octobris anni MDCCCXVI in *Daegu* occisus.
73. Simon Kim Gang-i, annos L natus, die V mensis Decembris anno MDCCCXV in *Wonju* occisus.
74. Franciscus Kim Hui-seong, annos LI natus, die XIX mensis Decembris anno MDCCCXVI in *Daegu* occisus.
75. Barbara Ku Seong-yeol, annos XL nata, die XIX mensis Decembris anno MDCCCXVI in *Daegu* occisa.

76. Anna Yi Si-im, annos XXXIV nata, die XIX mensis Decembris anno MDCCCXVI in *Daegu* occisa.
77. Petrus Ko Seong-dae, die XIX mensis Decembris anno MDCCCXVI in *Daegu* occisus.
78. Iosephus Ko Seong-un, die XIX mensis Decembris anno MDCCCXVI in *Daegu* occisus.
79. Andreas Kim Jong-han, die XIX mensis Decembris anno MDCCCXVI in *Daegu* occisus.
80. Iacobus Kim Hwa-chun, die XIX mensis Decembris anno MDCCCXVI in *Daegu* occisus.
81. Petrus Jo Suk, annos XXXIII natus, post diem X mensis Augusti anno MDCCCXIX Seuli occisus.
82. Teresia Kwon Cheon-rye, annos XXXVI nata, post diem X mensis Augusti anno MDCCCXIX Seuli occisa.
83. Paulus Yi Gyeong-eon, annos XXXV natus, die XXVII mensis Iunii anno MDCCCXXVII in *Jeonju* occisus.
84. Paulus Pak Gyeong-hwa, annos LXX natus, die XV mensis Novembris anno MDCCCXXVII in *Daegu* occisus.
85. Ambrosius Kim Se-bak, annos LXVII natus, die III mensis Decembris anno MDCCCXXVIII in *Daegu* occisus.
86. Richardus An Gun-sim, annos LXI natus, anno MDCCCXXXV in *Daegu* occisus.
87. Andreas Yi Jae-haeng, annos LXIII natus, die XXVI mensis Maii anno MDCCCXXXIX in *Daegu* occisus.
88. Andreas Pak Sa-ui, annos XLVII natus, die XXVI mensis Maii anno MDCCCXXXIX in *Daegu* occisus.
89. Andreas Kim Sa-geon, annos XLV natus, die XXVI mensis Maii anno MDCCCXXXIX in *Daegu* occisus.
90. Iob Yi Il-eon, annos LXXII natus, die XXIX mensis Maii anno MDCCCXXXIX in *Jeonju* occisus.
91. Petrus Sin Tae-bo, annos LXX natus, die XXIX mensis Maii anno MDCCCXXXIX in *Jeonju* occisus.
92. Petrus Yi Tae-gwon, annos LVII natus, die XXIX mensis Maii anno MDCCCXXXIX in *Jeonju* occisus.
93. Paulus Jeong Tae-bong, annos XLIII natus, die XXIX mensis Maii anno MDCCCXXXIX in *Jeonju* occisus.
94. Petrus Kim Dae-gwon, die XXIX mensis Maii anno MDCCCXXXIX in *Jeonju* occisus.

95. Ioannes Choe Hae-song, annos XXVIII natus, die VI mensis Septembris anno MDCCCXXXIX in *Wonju* occisus.
96. Anastasia Kim Jo-i, annos L nata, mense Octobri anni MDCCCXXXIX in *Jeonju* occisa.
97. Barbara Sim Jo-i, annos XXVI nata, die XI mensis Novembris anno MDCCCXXXIX in *Jeonju* occisa.
98. Anastasia Yi Bong-geum, annos XII nata, die V mensis Decembris anno MDCCCXXXIX in *Jeonju* occisa.
99. Brigida Choe, annos LVI nata, die VIII mensis Decembris anno MDCCCXXXIX in *Wonju* occisa.
100. Protasius Hong Jae-yeong, annos LX natus, die IV mensis Ianuarii anno MDCCCXL in *Jeonju* occisus.
101. Barbara Choe Jo-i, annos L nata, die IV mensis Ianuarii anno MDCCCXL in *Jeonju* occisa.
102. Magdalena Yi Jo-i, annos XXXII nata, die IV mensis Ianuarii anno MDCCCXL in *Jeonju* occisa.
103. Iacobus Oh Jong-rye, annos XIX natus, die IV mensis Ianuarii anno MDCCCXL in *Jeonju* occisus.
104. Maria Yi Seong-rye, annos XXXIX nata, die XXXI mensis Ianuarii anno MDCCCXL Seuli occisa.
105. Paulus Oh Ban-ji, annos LIII natus, die XXVI mensis Martii anno MDCCCLXVI in *Cheongju* occisus.
106. Marcus Sim Seok-bok, annos XXXVIII natus, die XXXI mensis Martii anno MDCCCLXVI in *Daegu* occisus.
107. Stephanus Kim Won-jung, die XVI mensis Decembris anno MDCCCLXVI in *Gongju* occisus.
108. Thomas Jang, annos LI natus, anno MDCCCLXVI in *Cheongju* occisus.
109. Thaddaeus Ku Han-seon, annos XXII natus, anno MDCCCLXVI in *Haman* occisus.
110. Antonius Jeong Chan-mun, annos XLV natus, die XXV mensis Ianuarii anno MDCCCLXVII in *Jinju* occisus.
111. Felix Petrus Kim Gi-ryang, annos LI natus, mense Ianuario anni MDCCCLXVII in *Tongyeong* occisus.
112. Matthias Pak Sang-geung, annos XXX natus, anno MDCCCLXVII in *Sangju* occisus.
113. Benedictus Song, annos LXIX natus, anno MDCCCLXVII Seuli occisus.

114. Petrus Song, annos XLVI natus, anno MDCCCLXVII Seuli occisus.
115. Anna Yi, annos XXVI nata, anno MDCCCLXVII Seuli occisa.
116. Ioannes Yi Jeong-sik, annos LXXIII natus, mense Septembri anni MDCCCLXVIII in *Pusan* occisus.
117. Martinus Yang Jae-hyeon, annos XLI natus, mense Septembri anni MDCCCLXVIII in *Pusan* occisus.
118. Petrus Yi Yang-deung, die XIV mensis Septembris anno MDCCCLXVIII in *Ulsan* occisus.
119. Lucas Kim Jong-ryun, annos XLIX natus, die XIV mensis Septembris anno MDCCCLXVIII in *Ulsan* occisus.
120. Iacobus Heo In-baek, annos XLVI natus, die XIV mensis Septembris anno MDCCCLXVIII in *Ulsan* occisus.
121. Franciscus Pak Gyeong-jin, annos XXXIII natus, die XXVIII mensis Septembris anno MDCCCLXVIII in *Juksan* occisus.
122. Margarita Oh, die XXVIII mensis Septembris anno MDCCCLXVIII in *Juksan* occisa.
123. Victorinus Pak Dae-sik, annos LVI natus, die XII mensis Octobris anno MDCCCLXVIII in *Daegu* occisus.
124. Iosephus Yun Bong-mun, annos XXXVI natus, die I mensis Aprilis anno MDCCCLXXXVIII in *Jinju* occisus.

Fama martyrii omnium horum christifidelium ilico diffusa est et in dies percrebuit inter populum Dei. Quapropter Conferentia Episcopalis Coreana constituit se actorem Causae Beatificationis seu martyrii et, Sancta Sede consentiente, decrevit Inquisitionem dioecesanam agendam esse apud Curiam Masanensem. Haec Inquisitio a die V mensis Iulii anni MMIV ad diem XX mensis Ianuarii anni MMVI peracta est. Decreto validitatis a Congregatione de Causis Sanctorum die XIX mensis Novembris anno MMX emisso parataque *Positione*, primum Consultores Historici die XII mensis Martii anno MMXIII, deinde Consultores Theologi in Congressu Peculiari die I mensis Octobris anno MMXIII congregati, votum favorabile protulerunt de martyrio, quod votum Patres Cardinales atque Episcopi, in Sessione Ordinaria die IV mensis Februarii anno MMXIV habita, confirmaverunt, atque sic iudicaverunt horum Servorum Dei mortem verum fuisse martyrium. Quapropter Nos Ipsi die VII mensis Februarii anno MMXIV mandavimus ut Congregatio de Causis Sanctorum Decretum super martyrio rite promulgaret. Itaque Nos Ipsi, nationem Coreanam visitantes, ritum sollemnem beatificationis Seuli in Corea hac die XVI mensis Augusti anno MMXIV celebramus.

Hodie igitur Seuli in Corea, ante portam *Gwanghwamun* vulgo dictam, inter sollemnia hanc pronuntiamus formulam:

Nos, vota Fratrum Nostrorum Francisci Xaverii Ahn Myong-ok, Episcopi Masanensis, Andreae S.R.E. Card. Yeom Soo-jung, Archiepiscopi Seulensis, Thaddaei Cho Hwan-kil, Archiepiscopi Daeguensis, Ioannis Chrysostomi Kwon Hyeok-ju, Episcopi Andongensis, Pauli Hwang Chul-soo, Episcopi Busanensis, Petri Kang U-il, Episcopi Cheiuensis, Gabrielis Chang Bong-hun, Episcopi Cheongiuensis, Lucae Kim Woon-hoe, Episcopi Chuncheonensis, Lazari You Heung-sik, Episcopi Taeieonensis, Vincentii Ri Pyung-ho, Episcopi Ieoniuensis, Matthiae Ri Iong-hoon, Episcopi Suvonensis, Iacobi Kim Ji-Seok, Episcopi Voniuensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Paulus Yun Ji-chung et CXXIII socii, martyres, heroici Evangelii Iesu Christi in Coreana terra testes, beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die undetricesima mensis Maii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Nos vero devote honorem attulimus his martyribus, qui temporibus vexationis contra christianos intrepidi manserunt in Christi caritate eiusque verba servaverunt, pro aliorum spiritali bono efficaciter orantes, Ipso Domino hortante: "In hoc clarificatus est Pater meus, ut fractum multum afferatis et efficiamini mei discipuli" (cfr *Io* 15, 7-8), ac persuasi sumus eorum exemplum et preces Coreanae Nationi hodie quoque magnopere prodesse.

Quae vero per has Litteras statuimus, ea firma sint in perpetuum, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Seuli, sub anulo Piscatoris, die XVI mensis Augusti, anno Domini MMXIV Pontificatus Nostri secundo.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS card. PAROLIN
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 49.472

III

Venerabili Servo Dei Ladislao Bukowiński, presbytero, beatorum honores decernuntur.

FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «Ideo dico vobis: Ne solliciti sitis animae vestrae quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, et corpus quam vestimentum? ... Quaerite autem primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adicientur vobis» (*Mt* 6, 25.33).

Huiusmodi singulare exemplum Evangelio fidelitatis sine condicionibus, omnino confidens voluntati Dei atque constanter Regnum eius quaerens, praebuit nobis Venerabilis Servus Dei Ladislaus Bukowiński, presbyter dioecesanus, missionarius totum percurrens tenitorium Cazakistanum, inter populum humiliatum et oppressum, pastor eorum qui ob suam fidem ac originem persecutiones patiebantur. Cazakistaniae Apostolus, Christi heroicus testis coram omni persona quam convenit, tum in libertate tum coram custodiae sociis in Sovieticis campis captivorum constipationis. Sine exceptione, plane Divinae Providentiae fisus, in Domino spem posuit, de hominibus sollicitus fuit eis obviam veniens, pro eis orans, eos docens eisque inserviens ac donans Dei amorem usque ad vitae suae finem. Munitus firma, solida et inconcussa fide, Dei caritatis in hominem testis est factus. Indefessus in opera educandi ad Dei amorem et cum proximo reconciliationem, vir spei, serenitatem consolationemque desperantibus attulit.

In urbe vulgo *Berdyczów*, quae nunc in Ucraina invenitur, in familia Polona die XXII mensis Decembris anno MCMIV natus est et paucos post dies baptizatus. Anno MCMXXI studia in facultate iuris coepit apud studiorum Universitatem Iagellonicam Cracoviae ac lauream in iurisprudentia est adeptus. Vocationem ad sacerdotium sentiens Seminarium Cracoviense est ingressus. Die XXVIII mensis Iunii anno MCMXXXI ordinationem presbyteralem suscepit. Quinque per annos operatus est in archidioecesi Cracoviensi, intensae operae caritatis atque catechesi in scholis incumbens. Mense Augusto anni MCMXXXVI in urbem Luceoriensem se contulit, in Volinia, tunc in regione orientali Poloniae, ex qua oriebatur eius familia, ubi novem per annos actuosum praestitit pastorale ministerium. Tempore Sovieticae

occupationis Episcopus Luceoriensis Latinorum constituit eum parochum ecclesiae cathedralis.

Praeditus alta spiritualitate, intellegentia, dotibus prudentiae et aequi animi simulque bene pollens sermone Russo, terribili hoc tempore Venerabilis Servus Dei maximo cum fervore invisebat et adiuvabat aegrotantes ac seniores, ferens eis sacramenta. Clam conveniebat et solabatur Polonos qui a Sovieticis damnati erant ad deportationem in Siberiam vel Cazakistaniam. Ipse die XXII mensis Augusti anno MCMXL apprehensus est. Insequenti anno, cum Nazistarum milites illam regionem occupavissent, a morte ereptus et libertati restitutus, servitium parochi cathedralis ecclesiae Luceoriensis prosecutus est. Dum plurimi Hebraei exterminabantur, ipse multos eorum filios salvos fecit, adiuvabat fugientes et captivos belli, praebens eis cibum ac praeparans eos ad suscipienda sacramenta. Postquam ineunte anno MCMXLV exercitus Sovieticus illuc reversus esset, iterum apprehensus est ac deinde in custodiam coniectus in urbe Kioviensi, una cum Excellentissimo Domino Adolfo Szelążek, Episcopo Luceoriensi Latinorum, ac nonnullis sacerdotibus. Accusatus de speculatione pro Civitate Vaticana deque expleta illegali actuositate religiosa, sine iudicio damnatus est ad opus decem per annos. Anno MCML missus est ad cupri fodinam in campo captivorum constipationis loci *Dżezkazgan* in Cazakistania. His quoque admodum difficilibus in circumstantiis Venerabilis Servus Dei peculiari modo vixit cotidianam Eucharistiam, celebrans eam ante diluculum, dum omnes adhuc dormiebant, genu flexus ante altare quod eius fuit cubile. Omnibus fruebatur occasionibus ad apostolatum exercendum: aegrotantes invisebat in campi captivorum infirmaria, administrabat sacramenta, variis linguis praedicabat. In "Memoriis" scripsit: "Divina Providentia aliquando etiam per atheos operatur, qui me illuc miserunt ubi opus est sacerdote". Numquam conquerebatur de iis qui eum condemnaverunt neque de iis qui eum opprimebant. Certitudine sustentus Deum eum misisse in locum ubi praesentia eius necessaria erat, persuasum habuit se vocari ad inserviendum hominibus illic ubi Deus eum posuit, etiamsi locus hic fuit carcer vel campus captivorum constipationis.

Anno MCMLIV in libertatem remissus, mansit Karagandae, ubi munus explebat custodis in quodam opere aedilicio, clam apostolatui se dedicans. Primus erat sacerdos catholicus qui post alterum bellum mundiale pervenit in illam regionem. Catholicis ministrabat Polonis et Germanis, necnon catho-

licis ritus Byzantini. Unum post annum recusavit proposito ut in Poloniam regrederetur atque decrevit Unionis Sovieticae civis fieri, quo perpetuo in Cazakistania degere posset, de apostolatu tantummodo curam habens, sine licentia civilis auctoritatis. Quod decrevit, prorsus conscius quae gravia consectaria haec delectio secumferre potuisset. Revera, die III mensis Decembris anno MCMLVIII ipse denuo apprehensus est ac damnatus ad tres annos custodiae in variis campis operis publici. Summatim ergo moratus est in custodiis et campis captivorum constipationis XIII annos, V menses et X dies.

Vita Venerabilis Servi Dei Ladislai Bukowiński plane inspirata erat fide in Divinam Providentiam, quam nulla vituperatio, nulla aegrotatio, nulla persecutio, nulla iniusta accusatio nec damnatio ad poenam in campo captivorum constipationis exstinguere potuit, immo, hoc fidem eius firmiorem reddidit eique praebuit occasionem dandi testimonium de Domino Iesu. Liberatus, in Cazakistania mansit, ministerium pastorale exercens pro catholicis variarum Nationum ibi degentibus, invisens etiam fideles in remotis oppidis. Octo itinera missionaria perfecit in longinquas regiones Cazakistaniae et plus quam semel petivit etiam Tadzikistaniam. Karagandae confessarius assiduus, crucem tenens et rosarium in manu, perrexit suam missionem sacerdotalem complere donec vires suas omnino consumeret. Tot laboribus atque durae custodiae consectariis affectus, Venerabilis Servus Dei die III mensis Decembris anno MCMLXXIV vita terrestri functus est Karagandae, ubi sepultus est.

Considerata fama sanctitatis, a die XIX mensis Iunii anni MMVI usque ad diem VIII mensis Martii anni MMVIII apud Curiam Cracoviensem Inquisitio dioecesana est celebrata, cuius iuridicam validitatem Congregatio de Causis Sanctorum agnovit Decreto die VI mensis Februarii anno MMIX dato. *Positione* apparata, die VIII mensis Aprilis anno MMXIV in Congressu Peculiari Consultores Theologi votum dederunt favorabile de heroicis virtutibus a Venerabili Servo Dei exercitis. Itemque iudicarunt Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria coadunati die XIII mensis Ianuarii anno MMXV. Nos Ipsi facultatem tribuimus Congregationi de Causis Sanctorum ut Decretum super virtutibus die XXII mensis Ianuarii anno MMXV promulgaret. Beatificationis gratia, proposita est quaedam mira habita sanatio, de qua apud Curiam Karagandensem diebus XXII-XXXI mensis Maii anno MMXIII instituta est Inquisitio dioecesana; cuius iuridicam validitatem Congregatio de Causis Sanctorum agnovit Decreto die XXII mensis Novembris anno MMXIII dato. Quam Consultores Medici Dicasterii in Sessione die XXX mensis Apri-

lis anno MMXV celerem, completam ac duraturam, inexplicabilem secundum hodiernam scientiam iudicarunt. Congressus verum Peculiaris Consultorum Theologorum die X mensis Septembris anno MMXV eventum Venerabilis Servi Dei intercessioni tribuit. Itemque censuerunt Patres Cardinales et Episcopi die I mensis Decembris eiusdem anni in Sessione Ordinaria congregati. Exinde Nos Ipsi facultatem dedimus Congregationi de Causis Sanctorum ut decretum super miro die XIV mensis Decembris anno MMXV ederet. Statuimus ergo ut beatificationis ritus Karagandae in Cazakistania die XI mensis Septembris anno MMXVI ageretur.

Hodie igitur Karagandae de mandato Nostro Venerabilis Frater Noster Angelus S.R.E. Cardinalis Amato, S.D.B., Praefectus Congregationis de Causis Sanctorum, textum Litterarum Apostolicarum legit, quibus Nos Venerabilem Servum Dei Ladislaum Bukowiński in Beatorum numerum adscribimus:

Nos, vota Fratris Nostri Adelii Dell'Oro, Episcopi Karagandensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Servus Dei Ladislaus Bukowiński, presbyter dioecesanus, assiduus Evangelii apostolus et pastor secundum cor Christi, Beati nomine in posterum appelletur, eiusque festum die vicesima mensis Iunii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Magnam admirantes novi Beati erga omnes homines caritatem ac de aeterna eorum salute sollicitudinem, commendamus eum presbyteris veluti pastoris exemplar imitandum, fidelibus verum, praesertim Cazakistaniae, caelestem damus adiutorem assidue variis in necessitatibus invocandum.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XI mensis Septembris, anno MMXVI, Pontificatus Nostri quarto.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS card. PAROLIN
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 342.272

EPISTULA APOSTOLICA

Ad participes XXXVI Coetus Generalis Consilii Episcopalis Americae Latinae (CELAM) (9-12 Maii 2017, in urbe Sancti Salvatoris in America).

A mis hermanos Obispos reunidos en la Asamblea del CELAM

Queridos hermanos

Quiero acercarme a Ustedes en estos días de Asamblea que tiene como música de fondo la celebración de los 300 años de Nuestra Señora Aparecida. Y, con Ustedes, me gustaría poder "visitar" ese Santuario. Una visita de hijos y de discípulos, visita de hermanos que como Moisés quieren descalzarse en esa tierra santa que sabe albergar el encuentro de Dios con Su pueblo. Así también quisiera que fuese nuestra "visita" a los pies de la Madre, para que Ella nos engendre en la esperanza y temple nuestros corazones de hijos. Sería como "volver a casa" para mirar, contemplar, pero especialmente para dejarnos mirar y encontrar por Aquel que nos amó primero.

Hace 300 años un grupo de pescadores salió, como de costumbre, a tirar sus redes. Salieron a ganarse la vida y fueron sorprendidos por un hallazgo que les cambió los pasos: en sus rutinas son encontrados por una pequeña imagen toda recubierta de fango. Era Nuestra Señora de la Concepción, imagen que durante 15 años permaneció en la casa de uno de ellos, y allí los pescadores iban a rezar y Ella los ayudaba a crecer en la fe. Aún hoy, 300 años después, Nuestra Señora Aparecida nos hace crecer, nos sumerge en un camino discipular. Aparecida es toda ella una escuela de discipulado. Y, al respecto, quisiera señalar tres aspectos.

E grazie Luca per la tua *inquietudine*. Genova è una città porto, che ha saputo ricevere storicamente tante navi e che ha generato grandi navigatori! Per essere discepolo ci vuole lo stesso cuore di un navigatore; *orizzonte e coraggio*. Se tu non hai orizzonte e sei incapace di guardarti anche il naso, non sarai mai un buon missionario. Se tu non hai coraggio, mai lo sarai. È la virtù dei navigatori: sanno leggere l'orizzonte, andare, e hanno il coraggio per andare. Pensiamo ai grandi navigatori del XV secolo, tanti sono usciti da qua. Voi avete l'opportunità di conoscere tutto con le nuove tecniche, ma queste tecniche di informazione ci fanno cadere in un tranello tante volte; perché invece di informarci ci saturano, e quando tu sei saturato l'orizzonte si avvicina, si avvicina, e hai davanti a te un muro, hai perso la capacità di orizzonte. State attenti: sempre guardare quello che ti vendono! Anche quello che ti vendono nei *media*. La contemplazione, la capacità di contemplare l'orizzonte, di farsi un giudizio proprio, non mangiare quello che ti servono nel piatto. Questa è una sfida: è una sfida che credo ci deve portare alla preghiera, e dire al Signore: "Signore, ti chiedo un favore: per favore, non smettere di sfidarmi". Sfide di orizzonti che richiedono il coraggio. Tu sei genovese? *Navigatore: orizzonte e coraggio*. E a tutti i genovesi

lo dico: avanti! Quella preghiera che io vi proponevo: "Signore, ti chiedo un favore, oggi sfidami". Sì, "Gesù per favore, vieni, importunami, dammi il coraggio di poter rispondere alla sfida e a te". A me piace tanto questo Gesù che disturba, che importuna; perché è Gesù vivo, che ti muove dentro con lo Spirito Santo. E che bello un ragazzo o una ragazza che si lascia importunare da Gesù; e il giovane o la giovane che non si lascia tappare la bocca con facilità, impara a non stare con la bocca chiusa, che non è contento di risposte semplicistiche, che cerca la verità, cerca il profondo, va al largo, va avanti, avanti. E ha il coraggio di farsi domande sulla verità e tante cose. Dobbiamo imparare a sfidare il presente. Una vita spirituale sana genera giovani svegli, che davanti ad alcune cose che oggi ci propone questa cultura – "normale" dicono, può essere, non so... – si domandino: "Questo è normale o questo non è normale?". E tante volte – questo lo dico con tristezza – i giovani sono le prime vittime di questi venditori di fumo; fanno credere loro tante cose, mettono nella loro testa tante cose... Ma una delle prime forme di coraggio che voi dovete avere è domandarvi: "Ma questo è normale o questo non è normale?". Il coraggio di cercare la verità. È normale che ogni giorno cresca quel senso di indifferenza? Non mi importa quello che succede agli altri; l'indifferenza con gli amici, i vicini, nel quartiere, al lavoro, nella scuola... È normale – come ci invitava a riflettere Francesca – che molti dei nostri coetanei, migranti o provenienti da Paesi lontani, difficili, insanguinati da egoismi che conducono alla morte, vivono nelle nostre città in condizioni veramente difficili? È normale questo? È normale che il Mediterraneo sia diventato un cimitero? È normale questo? È normale che tanti, tanti Paesi – e non lo dico dell'Italia, perché l'Italia è tanto generosa – tanti Paesi chiudono le porte a questa gente che viene piagata e fugge dalla fame, dalla guerra, questa gente sfruttata, che viene a cercare un po' di sicurezza... è normale? Questa domanda: questo è normale? Se non è normale io devo coinvolgermi perché questo non succeda. Caro, ci vuole coraggio per questo, ci vuole coraggio.

Tornando ai naviganti, Cristoforo Colombo, che dicono che era dei vostri – mai si sa, ma tanti come lui o lui stesso forse sono usciti di qua –, di lui dicevano: "Questo pazzo vuole arrivare di qua andando di là". Ma quello aveva fatto un ragionamento sulla "normalità" di certe cose e ha fatto una sfida grande: ha avuto il coraggio. È normale che davanti al dolore degli altri il nostro atteggiamento sia chiudere le porte? Se non è

normale, coinvolgiti. E se non hai il coraggio di coinvolgerti stai zitto e abbassa la testa e umiliati davanti al Signore, chiedi coraggio. Sfidare il presente è avere il coraggio di dire: "Ci sono cose che sembrano normali ma non sono normali". E voi, questo dovete pensare: non sono cose volute da Dio e non dovranno essere volute da noi! E questo dirlo con forza! Questo è Gesù: intempestivo, che rompe i nostri sistemi, i nostri progetti. È Gesù che semina nei nostri cuori l'inquietudine di farci questa domanda. E questo è bello: questo è molto bello!

Io sono sicuro che voi genovesi siete capaci di grandi orizzonti e di tanto coraggio, ma dipende da voi se volete farlo: non dipende da me. Io questa sera torno e lascio il seme. A voi lascio la sfida, o, come diciamo nella nostra terra: "Vi butto il guanto in faccia". Voi vedrete.

Finisco con un suggerimento: ogni mattina, una semplice preghiera: "Signore, ti chiedo per favore oggi non tralasciare di sfidarmi. Sì, Gesù, per favore, vieni a importunarmi un po' e dammi il coraggio di poterti rispondere". Grazie!

Voi siete qui, seduti, all'ombra: qui siamo al fresco [nel Santuario]. Ma lì fuori ci sono – li sentite? questi sanno fare chiasso – tanti che hanno resistito al sole, in piedi... Un applauso a loro! Io li vedevo, li vedevo da qua. Erano tutti zitti perché ascoltavano e hanno seguito tutto. Quelli mi sembra che hanno un po' di coraggio e di orizzonti: almeno quelli; spero anche voi! Adesso vi darò la benedizione, ma prima di ricevere la benedizione salutiamo la Madonna:

"Ave o Maria..."

[Benedizione]

IV

Homilia in Concelebratione Eucharistica in Foro Kennedy.*

Abbiamo ascoltato quello che Gesù Risorto dice ai discepoli prima della sua ascensione: «*A me è stato dato ogni potere in cielo e sulla terra*».[7] Il potere di Gesù, la forza di Dio. Questo tema attraversa le Letture di oggi: nella prima Gesù dice che non spetta ai discepoli conoscere «tempi o momenti che il Padre ha riservato al suo potere», ma promette loro la «forza dallo Spirito Santo»;[8] nella seconda San Paolo parla della «straordinaria grandezza della sua potenza verso di noi» e «dell'efficacia della sua forza».[9] Ma *in che cosa consiste* questa forza, questo potere di Dio?

Gesù afferma che è un potere «in cielo e sulla terra». È anzitutto il potere di *collegare il cielo e la terra*. Oggi celebriamo questo mistero, perché quando Gesù è asceso al Padre la nostra carne umana ha varcato la soglia del cielo: la nostra umanità è lì, in Dio, per sempre. Lì è la nostra fiducia, perché Dio non si staccherà mai dall'uomo. E ci consola sapere che in Dio, con Gesù, è preparato per ciascuno di noi un posto: un destino da figli risorti ci attende e per questo vale veramente la pena di vivere quaggiù cercando le cose di lassù dove si trova il nostro Signore.[10] Ecco che cosa ha fatto Gesù, col suo potere di collegare per noi la terra al cielo.

Ma questo suo potere non è finito una volta asceso in cielo; continua anche oggi e dura per sempre. Infatti, proprio prima di salire al Padre, Gesù ha detto: «Io sono con voi tutti i giorni, fino alla fine del mondo».[11] Non è un modo di dire, una semplice rassicurazione, come quando prima di partire per un lungo viaggio si dice agli amici: "vi penserò". No, Gesù è veramente *con noi* e *per noi*: in cielo mostra al Padre la sua umanità, la nostra umanità; mostra al Padre le sue piaghe, il prezzo che ha pagato per noi; e così «è sempre vivo per intercedere»[12] a nostro favore. Ecco

* Die 27 Maii 2017.
[1] *Mt* 28, 18.
[8] *At* 1, 7-8.
[9] *Ef* 1, 19.
[10] Cfr *Col* 3, 1-2.
[11] *Mt* 28, 20.
[12] *Eb* 7, 25.

la parola-chiave del potere di Gesù: *intercessione*. Gesù presso il Padre intercede ogni giorno, ogni momento per noi. In ogni preghiera, in ogni nostra richiesta di perdono, soprattutto in ogni Messa, Gesù interviene: mostra al Padre i segni della sua vita offerta – l'ho detto –, le sue piaghe, e intercede, ottenendo misericordia per noi. Egli è nostro "avvocato"[13] e, quando abbiamo qualche "causa" importante, facciamo bene ad affidargliela, a dirgli: "Signore Gesù, intercedi per me, intercedi per noi, intercedi per quella persona, intercedi per quella situazione...".

Questa capacità di intercedere, Gesù l'ha donata anche a noi, alla sua Chiesa, che ha il potere e anche il dovere di intercedere, di pregare per tutti. Possiamo domandarci, ognuno di noi può domandarsi: "Io prego? E tutti, come Chiesa, come cristiani, esercitiamo questo potere portando a Dio le persone e le situazioni?". Il mondo ne ha bisogno. Noi stessi ne abbiamo bisogno. Nelle nostre giornate corriamo e lavoriamo tanto, ci impegniamo per molte cose; però rischiamo di arrivare a sera stanchi e con l'anima appesantita, simili a una nave carica di merce che dopo un viaggio faticoso rientra in porto con la voglia solo di attraccare e di spegnere le luci. Vivendo sempre tra tante corse e cose da fare, ci possiamo smarrire, rinchiudere in noi stessi e diventare inquieti per un nulla. Per non farci sommergere da questo "male di vivere", ricordiamoci ogni giorno di "gettare l'àncora in Dio": portiamo a Lui i pesi, le persone e le situazioni, affidiamogli tutto. È questa la forza della preghiera, che collega cielo e terra, che permette a Dio di entrare nel nostro tempo.

La preghiera cristiana non è un modo per stare un po' più in pace con se stessi o trovare qualche armonia interiore; noi preghiamo per portare tutto a Dio, per affidargli il mondo: la preghiera è intercessione. Non è tranquillità, è carità. È chiedere, cercare, bussare.[14] È mettersi in gioco per intercedere, insistendo assiduamente con Dio gli uni per gli altri.[15] Intercedere senza stancarci: è la nostra prima responsabilità, perché la preghiera è la forza che fa andare avanti il mondo; è la nostra missione, una missione che al tempo stesso costa fatica e dona pace. Ecco il nostro potere: non prevalere o gridare più forte, secondo la logica di questo mondo, ma esercitare la forza mite della preghiera, con la quale si possono anche

[13] Cfr *1 Gv* 2, 1.
[14] Cfr *Mt* 7, 7.
[15] Cfr *At* 1, 14.

fermare le guerre e ottenere la pace. Come Gesù intercede sempre per noi presso il Padre, così noi suoi discepoli non stanchiamoci mai di pregare per avvicinare la terra al cielo.

Dopo l'intercessione emerge, dal Vangelo, una seconda parola-chiave che rivela il potere di Gesù: *l'annuncio*. Il Signore invia i suoi ad annunciarlo con la sola potenza dello Spirito Santo: «*Andate dunque e fate discepoli tutti i popoli*».[1] Andate! È un atto di estrema fiducia nei suoi: Gesù si fida di noi, crede in noi più di quanto noi crediamo in noi stessi! Ci invia nonostante le nostre mancanze; sa che non saremo mai perfetti e che, se aspettiamo di diventare migliori per evangelizzare, non cominceremo mai.

Per Gesù è però importante che da subito superiamo una grande imperfezione: la chiusura. Perché il Vangelo non può essere rinchiuso e sigillato, perché l'amore di Dio è dinamico e vuole raggiungere tutti. Per annunciare, allora, occorre andare, uscire da se stessi. Con il Signore non si può stare quieti, accomodati nel proprio mondo o nei ricordi nostalgici del passato; con Lui è vietato cullarsi nelle sicurezze acquisite. La sicurezza per Gesù sta nell'andare, con fiducia: lì si rivela la sua forza. Perché il Signore non apprezza gli agi e le comodità, ma scomoda e rilancia sempre. Ci vuole in uscita, liberi dalla tentazione di accontentarci quando stiamo bene e abbiamo tutto sotto controllo.

"Andate", ci dice anche oggi Gesù, che nel Battesimo ha conferito a *ciascuno di noi* il potere dell'annuncio. Perciò andare nel mondo col Signore appartiene all'identità del cristiano. Non è solo per i preti, le suore, i consacrati: è di tutti i cristiani, è la nostra identità. Andare nel mondo con il Signore: questa è la nostra identità. Il cristiano non è fermo, ma in cammino: col Signore verso gli altri. Ma il cristiano non è un velocista che corre all'impazzata o un conquistatore che deve arrivare prima degli altri. È un pellegrino, un missionario, un "maratoneta speranzoso": mite ma deciso nel camminare; fiducioso e al tempo stesso attivo; creativo ma sempre rispettoso; intraprendente e aperto; laborioso e solidale. Con questo stile percorriamo le strade del mondo!

Come per i discepoli delle origini, i nostri luoghi di annuncio sono le strade del mondo: è soprattutto lì che il Signore attende di essere conosciuto oggi. Come alle origini, desidera che l'annuncio sia portato non con

[1] *Mt* 28, 19.

la nostra, con la *sua* forza: non con la forza del mondo, ma con la forza limpida e mite della testimonianza gioiosa. E questo è urgente, fratelli e sorelle! Chiediamo al Signore la grazia di non fossilizzarci su questioni non centrali, ma di dedicarci pienamente all'urgenza della missione. Lasciamo ad altri le chiacchiere e le finte discussioni di chi ascolta solo se stesso, e lavoriamo concretamente per il bene comune e per la pace; mettiamoci in gioco con coraggio, convinti che c'è più gioia nel dare che nel ricevere.[2] Il Signore risorto e vivo, che sempre intercede per noi, sia la forza del nostro andare, il coraggio del nostro camminare.

[2] Cfr *At* 20, 35.

SECRETARIA STATUS

Nuntius de Obolo Sancti Petri.*

Dopo l'apertura dei profili *Twitter* e *Instagram*, l'Obolo di San Pietro arriva anche su *Facebook* prima con una pagina in lingua italiana e successivamente con le versioni in spagnolo e inglese, la cui messa *online* è prevista per i mesi di settembre e ottobre. L'obiettivo è creare uno spazio virtuale aperto a tutti per condividere e far conoscere le opere di carità sostenute da questa secolare iniziativa.

La scelta di utilizzare il *social network* più diffuso al mondo ha un duplice obiettivo. Da un lato creare una comunità aperta a tutti dove l'utilizzo di *Facebook* è capillarmente diffuso a cominciare dall'Italia; dall'altro condividere e raccontare l'attività di questo secolare Ufficio di Solidarietà.

L'Obolo di San Pietro, su *Facebook*, intende favorire il dialogo con tutte quelle persone che hanno un intento comune, aiutare i più bisognosi e sostenere concretamente le opere di carità. Da secoli, infatti, l'Obolo di San Pietro è impegnato a sostenere piccoli e grandi progetti in tutto il mondo, come l'ampliamento dell'Istituto "Filippo Smaldone" per bambini poveri e audiolesi di Kigali in Rwanda; l'assegnazione di dieci borse di studio per aiutare i giovani sfollati universitari del Kurdistan irakeno o l'apertura di una nuova scuola primaria per i bambini dalit in India.

Di queste e di altre opere di carità, e delle iniziative che attendono l'Obolo di San Pietro si parlerà con approfondimenti e notizie in continuo aggiornamento sulla pagina *Facebook* "Obolo di San Pietro", ricordando che, tradizionalmente, la Colletta ha luogo in tutto il mondo cattolico, a seconda delle diocesi, o il 29 giugno Solennità dei Santi Pietro e Paolo o la domenica più vicina a tale Solennità.

Come nel caso del sito e dei profili già attivi sulle altre piattaforme *social*, anche questa iniziativa è nata per volontà della Santa Sede e come frutto di una stretta collaborazione fra la Segreteria di Stato, la Segreteria per la Comunicazione e il Governatorato dello Stato della Città del Vaticano.

Per ulteriori informazioni sulle attività dell'Obolo di San Pietro è possibile visitare il sito www.obolodisanpietro.va

* Die 19 Maii 2017.

Circa l'Obolo di San Pietro

L'Obolo di San Pietro è l'aiuto economico che i fedeli offrono direttamente al Santo Padre, per le molteplici necessità della Chiesa universale e per le opere di carità in favore dei più bisognosi.

Nasce con lo stesso cristianesimo la pratica di sostenere materialmente coloro che hanno la missione di annunciare il Vangelo e di prendersi cura dei più bisognosi (*cfr.* Atti degli Apostoli 4, 34; 11, 29).

Alla fine del secolo VIII, gli anglosassoni decisero di inviare in maniera stabile un contributo annuale al Santo Padre, il "Denarius Sancti Petri" (Elemosina a San Pietro). Papa Pio IX riconobbe ufficialmente l'Obolo di San Pietro con l'Enciclica *Saepe venerabilis* del 5 agosto 1871.

A partire dal 2016, la Santa Sede ha deciso di rendere l'Obolo di San Pietro più accessibile e di istaurare un dialogo con i fedeli di tutto il mondo circa la necessità e gli effetti della carità verso i più bisognosi. Per far ciò sono stati creati il sito e i canali *social* dedicati alla millenaria tradizione.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

SALMANTINA

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Isabellae Méndez Herrero (in religione: Isabellae a Maria Immaculata) Religiosae Professae Congregationis Servarum a S. Ioseph (1924-1953)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Mirabile sane est sese in manus Dei commendare».

Haec verba Servae Dei Isabellae Méndez Herrero intimam eius animi dispositionem compendiose exprimunt, quae eam per integram vitam comitata est in Dei voluntate fiducialiter acceptanda, a propriis deditionis consiliis longe divergente. Intensa vita interior, laeta derelictio in brachiis Patris caelestis, filialis erga Mariam Dominam Nostram fiducia et alacris adimpletio regulae vitae Servarum a S. Ioseph solida sunt fundamenta quibus existentia tota huius mulieris plene Deo deditae fulciebatur.

Serva Dei die 30 mensis Augusti anno 1924 in vico v.d. *Castellanos de Moriscos*, in provincia Salmanticensi (Hispania), ut secundo loco genita inter quinque filios, e coniugibus Isidoro Méndez Dominguez et Victoriana Herréro Marcos nata est. Proximo sequenti die 14 mensis Septembris eiusdem anni sacrum baptismum in templo paroeciali recepit atque die 28 mensis Octobris 1928 sacro chrismate uncta est. Parentes eius, locupletes agricolae in regione, matrimonium constituebant genuine christianum, in quo Rosarii corona quotidie cum operariis recitabatur. Ibidem Isabella caritatem christianam inde a tenera aetate didicit.

Isabella, quamquam puella eius coaetaneis similis erat, nihilque singulare demonstrabat, signa evidentia desiderii aliis placendi praebebat et cor tenerum ac sensibile erga eorum egestates et aerumnas ostendebat. Inde a sacra Eucharistia primo recepta, ad sacramenta frequenter accedebat, quibus

eius pietas supramodum alebatur. Germina iam hoc tempore emergebant aliquarum virtutum quae in eius fidei vita semper manserunt, scilicet singularis devotio erga sacram Eucharistiam et Beatissimam Virginem Mariam Immaculatam, amor etiam et servitium erga pauperes, oboedientia.

Tredecim annos nata studia scholae mediae Salmanticae agressa est, quae sequentibus annis in Collegio Servarum a S. Ioseph, utpote a lege agnito, prosequebatur. Tamquam socia Actionis Catholicae, scholae nocturnae pro feminis operariis, in paupere suburbio, curam sumpsit eique sedulo incumbebat; pariterque, ut membrum Congregationis B.M.V., singulis diebus dominicis catechismo docendo in suburbio *Los Pizarrales* (Salmanticae) operam dabat. Cruciatae Missionariae Studentium similiter adhaeserat. His omnibus fiebat ut Isabellae tempus labori dicandum satis non esset; quod quidem minime obstabat quominus in aliarum studentium adiutorium obviam iret, quae ei, propter eximiam in delineando et depingendo peritiam, accedebant.

Isabella laetissima erat puella, pulchra et elegans, risum habens qui ex pura sinceritate diffundebatur, sese semper felicem exhibebat ac bonitatem transfundebat, indesinenter prompta ad quodcumque sacrificium ut alios inserviret. Tempore aestivo, in quo studiis parcebatur, partem sumebat cum amicis in sanis oblectamentis, eorum aetatis propriis, obeundis. At vero vocari se a Deo sentiebat ad vitam ei plene dicandam, dum denique firmam ad vitam religiosam vocationem detegit. Absolutis igitur scholae mediae studiis, novitiatum Servarum a S. Ioseph, anno 1944, viginti annis nata, ut postulans ingressa est sibique nomen Isabellae a Maria Immaculata elegit. Divino quasi afflatu permotam ac vitalitate plenam se sentiebat ardentique desiderio in missiones exteras migrandi inflammabatur.

Ut semel decisionem sese Deo dicandi sumpsit, Isabella eius excelsitudinem in cotidiana vita, simplici ac serena, perfundi ac manifestari sivit. Altero autem novitiatus anno decurrente, sese male haberi sentire incepit ac verita est religiosam professionem emittere non posse, sese tamen in manus Dei fiducialiter deponens. Investigatione medica peracta, nihil, quod inquietudinem gignere posset, detectum est ideoque die 6 mensis Aprilis anno 1947 professionem religiosam emisit, immenso gaudio commota, eo quod longe conceptum desiderium in missiones exteras abeundi adimpletioni propinquum videret. At Deus alia porro consilia habebat: nam, paucos post menses, gravis tuberculosis in ea detecta est, quam imo ex corde ut viam ad plenam suipsius cum Christo conformationem accepit. Ad domum Sanc-

tae Theresiae, Salmanticae, transferri debuit, ut omnino seclusa strictam curam recipere posset.

Hisce in adiunctis, Isabella intensam vitam interiorem coluit in Sanctissima Trinitate, cuius intimam praesentiam vivide persentiebat, adoranda, sicque sese ineffabilibus mysticae vitae divitiis aperiens.

Morbo progrediente, post annum transactum, in nosocomium *Los Montalvos* dictum, pro aegrotis tuberculosi affectis translata est, ubi, suipsius immemor, intensae activitati apostolicae erga alias mulieres similiter aegrotantes et earum ministras non obstante gravi, qua afficiebatur, asfixia et defatigatione, quas permanenti risu celare conabatur. Totali cibi fastidio et capitis doloribus vexabatur, qui nemini noti erant, usquedum per investigationem medicam detecti fuerunt. His omnibus accedebant animi obscuritas, interior ariditas et lacerans sensus Dei absentis, quae eam vehementer excruciabant. Interdum autem etiam singula momenta intensi spiritualis solatii experiebatur. Mense itaque Iulio anno 1950, cum pauci iam vitae dies ei praeviderentur, in domum Sanctae Theresiae restituta fuit, in qua, contra quamcumque prognosim, tres adhuc integros annos et dimidium vixit, ac professionem perpetuam die 6 mensis Aprilis anno 1952 emittere potuit.

Aegritudo via fuit per quam Deus Isabellam ad altam sanctitatem vocabat; eaque, in brachiis Patris fidenter quiescens, voluntatem eius filiali animo amplexa est. Iam mense Ianuarii anno 1949 labente, Isabella propriam vitam, in unione cum Chisto, pro peccatorum salute, sacerdotum sanctitate et Congregationis Servarum a S. Ioseph bono Deo obtulerat, veluti laudis canticum in honorem SS.mae Trinitatis; die autem 8 mensis Decembris anno 1952, voto faciendi semper id quod ei perfectius videretur, confirmavit. Mortem cum ea simplicitate, quae ipsi semper propria fuerat, accepit.

In lecto reclinans, imaginem Christi Crucifixi et numisma Congregationis B.M.V. petivit et, postquam ea devotissime osculata est, verba « Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto » recitans, in domum Patris, eius vultu suaviter subridente, die 28 mensis Decembris anno 1953, rediit.

Fama sanctitatis eius Causa beatificationis et canonizationis Salmanticae inchoata est, ubi Proeessus Cognitionalis a die 25 mensis Maii anno 1979 ad diem 25 mensis Octobris anno 1980 celebratus est, cuius auctoritas ac vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum Decreto diei 20 mensis Decembris anno 1985 probatae sunt. *Positione* confecta, die 25 mensis Martii anno 2014 in Congressu Peculiari Consultorum Theologorum prospero

cum exitu disceptatum est, iuxta consuetudinem, an Serva Dei virtutes christianas in modum heroum exercuisset. Patres Cardinales et Episcopi in sessione ordinaria diei 30 mensis Iunii anno 2015, me Card. Angelo Amato praesidente, professi sunt Servam Dei virtutes theologales, cardinales eisque adnexas in modum heroum coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Isabellae Méndez Herrero (in religione: Isabellae a Maria Immaculata), Religiosae Professae Congregationis Servarum a S. Ioseph, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 16 mensis Iulii a.D. 2015.

Angelus card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

SANCTI IOANNIS A LACUBUS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Augustini Ramirez Barba Sacerdotis Dioecesani Fundatoris Congregationis Sororum Servarum a Domino Misericordiae (1881-1967)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«O voluntas Dei mei, sola tu amor meus es!».

Haec postrema verba Servi Dei Augustini Ramirez Barba paulo ante mortem synthesis propositi sunt quod perseverantia et fidelitate tota vita sua ipse prosecutus est.

Hic Servus Dei natus est in urbe *San Miguel el Alto* in Mexicana Confederatione die 27 mensis Augusti anno 1881. Filius conceptus a matre puella sine matrimonio, ipse numquam cognovit patrem naturalem et in pauperrima segregataque rusticorum familia vixit. Hac sociali difficultate non obstante, Augustinus crevit virtute et adhaesione ad humana et christiana principia et speciali sensibilitate pro necessitatibus proximi. In schola municipali urbis suae prima studia paravit; postea, iam quindecim annos agens, Guadalaiaram in urbem migravit, ubi operare incepit in parvo negotio velorum pro mulieribus, quos vulgo vocantur *rebosos*; et sic Augustinus denuo studia prosequi potuit.

Anno 1902, vocationis ad vitam sacerdotalem signis perceptis, in seminario Guadalaiarense receptus est. In cursu formationis eminuit bonis moribus exemplaritate in relationibus cum superioribus et condiscipulis suis et intensa spiritualitate; praesertim mariana devotio in ipso lucebat. Obtenta dispensa propter nativitatis irregularitatem, ordinationem sacerdotalem tandem recipere potuit die 2 mensis Augusti anno 1908. Expleto brevi tempore ut vicarius paroecialis in *Jalisco*, primum ministerium exercuit ut magister, oeconomus et subpraefectus studiorum in seminario.

Anno 1911, postquam dominus Franciscus Indaletius Madero rem publicam in Mexico vi mutavit, vera persecutio religiosa incepit, qua de causa seminarium clausum est et Servus Dei constrictus in aliam urbem migrare, ubi tamen casus discriminis et contentionis non quidem defuerunt. Condicio illa odii fidei multas produxit victimas et modo maiore modo minore vi perduravit usque ad annum 1940 et ultra. Interea Pater Augustinus vicarius paroecialis urbis *Tepatitlan* factus est et, post tempus transactum aegri-

tudinis causa in Statibus Confederatis Americae Septentrionalis denuo in *Tepatitlan* nominatus est capellanus sanctuarii Domini Misericordiae, ubi per quadraginta et quattuor annos ipse laboravit.

In pastorali actuositate Servus Dei catechesim, ministerium reconciliationis et directionem spiritualem animum contulit. Fortiter et notabili conatu operam dedit ut etiam materiales condiciones pauperum fidelium leviores fierent, omnibus semper paternum cor praebens. Inter illas animas spiritualiter ab eo directas aliquae modo speciali eminerunt iuvenes mulieres, quae consilium ceperunt in communitate sub ipsius directione vivendi: et hic primus fuit nucleus Instituti "Servarum Domini Misericordiae", quod anno 1968 dioecesanam recepit probationem. Mandato Archiepiscopi Guadalaiarae, Pater Augustinus pro spiritualibus exercitiis proximam sanctuario aedificavit domum.

Servus Dei magna cum constantia sacerdotalem vocationem secutus est et mirabiliter profundam vitam interiorem et intensum apostolatus opus coniunxit. Testimonium suum magis adhuc fulgit si prae oculis habemus illas initiales difficultates vitae et asperum contextum civilem et ecclesiasticum in quo eius pastoralis caritas et laborare et augescere debuit: Mexicana regio vexabatur a tristi politica contentione et persecutione contra christianos; praeterea eminebant moderna negotia de transformatione societatis traditionaliter agricolae, una cum calamitatibus sive in personis sive in familia et in civium coetu.

Pater Augustinus sacerdotium vixit tamquam maximum actum amoris erga Dominum et magna cum apostolica cura pro animis et semper cum generositate in servitio principaliter pro pauperibus et infirmis. Hoc profundas radices habebat in sincera oratione verae oblationis sui ipsius secundum divinam voluntatem quam vixit in cotidiana experientia. Augustinus obtulit se ipsum absoluta cum simplicitate ad maiorem Dei gloriam et ad animarum salutem: propterea caritas e corde suo limpida surgebat et eam ipse humilitate et dulcedine effundebat erga omnes.

Anno 1967, valetudo Servi Dei, ex consuetudine debilis, in peius evenit. Die 3 mensis Iulii eiusdem anni extremam celebravit Missam et sequenti die placide obdormivit in Domino. Turba magna et sacerdotum et fidelium, qui exequiis interfuerunt, novum testimonium famae sanctitatis eius praebuit, quam iam in vita omnes fideles in Servo Dei intuiti erant.

Propter ergo huius sanctitatis famam, Inquisitio dioecesana in Curia Guadalaiarensi a die 20 mensis Aprilis anno 1989 usque ad diem 14 mensis Iunii anno 1991 celebrata est, cuius iuridicam validitatem haec Congregatio de Causis Sanctorum Decreto diei 15 mensis Octobris anno 1994 recognovit. *Positione* parata, disceptatum est, secundum consetudinem, an Servus Dei gradu heroico virtutes exercitavisset. Positivo cum exitu die 3 mensis Octobris anno 2013 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum locum habuit. Die 30 mensis Iunii anno 2015 Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria cui ego Cardinalis Angelus Amato praefui, recognoverunt Servum Dei gradu heroico virtutes theologales et cardinales et adnexas exercitavisse.

Facta demun de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Augustini Ramirez Barba, Sacerdotis Dioecesani et Fundatoris Congregationis Sororum a Domino Misericordiae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 16 mensis Iulii a.D. 2015.

Angelus card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

SANCTI SEBASTIANI

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Teresiae Dupouy Bordes (in saeculo: Mariae Iosephinae Carolae) Religiosae Professae Societatis a Sacro Corde Iesu Fundatricis Congregationis Missionariarum a SS. Cordibus Iesu et Mariae (1873-1953)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate Dominum messis ut mittat operarios in messem suam» (*Mt* 9, 38).

Iussum evangelicum Iesu, quod in corde suo Dei Serva Maria Teresia Dupouy Bordes (in saeculo: Maria Iosephina Carola) imitatione Mariae Virginis servavit, illam duxit ad vivendum spirituale iter per totam vitam atque se offerendam ne in Ecclesia deficerent sacerdotes et missionarii, praebens credibile testimonium fidei, generosam deditionem et fortitudinem in omnibus difficultatibus, tota abiecta voluntati Domini.

Serva Dei nata est in loco *Saint Pierre d'Irube* apud oppidum *Bayonne* (Gallia) die 6 mensis Maii anno 1873. Paulo post natum eius, familia se transtulit ad urbem *Sebastianopolim* in Hispania ubi pater sumptuosam et prestigiosissimam domum ad recipiendos hospites possidebat. Serva Dei unica filia erat atque ob eam rem adoluit nimis indulgenter educata atque naturae indocilis se praebebat. Intellectu praedita et ad cogitandum propensa, celeriter impulsum animi ad religionem patefecit, et malebat adesse ad contiones Filiarum Mariae, quarum Scholae discipula erat, quam coetus socialis quos ei porrigebat fastigium, et perseverans in purificationis via adhaesit tota Dei voluntati.

Illo tempore inclinationem ad vitam religiosam animadvertit; itaque private castitatis votum emisit. Pater, qui videbat eius voluntatem, propositis eius obstitit acriter eamque compulit scholam relinquere.

Serva Dei autem, non deficiens animo, particeps erat pomparum atque itinerum quae pater ei parabat avertendae eius a vocatione causa; sed illa permansit in voluntate sese omnino Domino devovendi. Denique Serva Dei, cum quinque et viginti annos nata esset, e paterna domo fugit et Lutetiae se recepit atque in ea urbe in Societatem a Sacro Corde intravit. Anno 1899 pater eam in novitiatu visitavit et cum ea in gratiam rediit. Cum regressa esset, mater, cuius valetudo infirma erat, ut haberet proximam filiam suam,

marito persuasit ut donaret Societati a Sacro Corde aream in qua posset aedificare scholam *Sebastianopoli*.

Servae Dei mandaverunt, ut curam sacristiae adhiberet et educationis parvorum altaris ministrorum favendarum vocationum sacerdotalium causa. Id, secundum testimonium ipsius Servae Dei, fuit "donum Dei in vita sua". Praeterea cura parvorum altaris ministrorum eam conexuit puerorum familiis, ita ut intellegeret pondus deficientis educationis christianae in pueris atque inopiam propositionis spiritualis familiarum. Quos defectus non tantum conspexit in adiunctis et moribus, sed etiam necessitate sacerdotum et missionariorum.

De hac apostolica catechistica actuositate surrexit praeseminarium in quo pueri possent sequi iter suum vocationale et, nihil negligens suam Societatem, novam instituit familiam religiosam Missionariarum a Sacris Cordibus Iesu et Mariae. Anno 1930 Episcopus Vitoriensis, ad cuius dioecesanam dicionem *Sebastionapolis* pertinebat, approbavit Congregationem.

Vita Servae Dei tota imbuta est eucharistico mysterio. Adoratio contemplatioque praesentiae verae et substantialis Iesu in sacrario constituerunt fontem sollicitudinis apostolicae et missionariae: "Curare caritatem Cordis Iesu ab omnibus gentibus cognoscendam". Ad quod faciendum, illa servare valuit vim, virtutem christianam atque animi firmitatem religiosae consecrationis. Mulier plane radicitus innisa fuit in verissima familiaritate cum Domino et in eo invenit animae locum qui eam in salutem duxit. Imitatione divi Magistri, "dives facta fuit inops" (cfr. *2 Cor* 8, 9) ut se mergeret in intima spirituali experientia.

Maria Teresia certissime intellexit vero cum missionario studio deficientias temporum et morum, modernitatis signa, summas societatis et cultus mutationes quae depellunt e christiana cogitatione. In eo tempore haud sine difficultate ob incertum status sui (erat enim soror sacristana communitatis et fundatrix novae Institutionis) pervenit ad maturitatem quae ostenditur vehementi in oblatione Domino, in oratione, magna cum animi submissione et magnanimitate in servitudine. Virtutis heroicae exercitium, sustentum deditione plena Dei voluntati, fuit ei cotidiana experientia quam vixit suo cum labore ut effrenaret uberrimam indolem. Tota oblita sui, soror Maria Teresia vitam degit perfecta humilitate versa ad maiorem Dei gloriam et salutem fratrum. Curam adhibuit filiarum suarum atque sororum spiritualium vero materno amore, ob quam rem testis constans fuit et digna fidei.

Postquam vidit missionem suam porrectam per Hispaniam, Galliam, Uruguaiam et Sinas etiam, Serva Dei e vita excessit *Sebastianopoli* die 26 mensis Maii anno 1953.

Ob sanctitatis famam apud Curiam ecclesiasticam Sancti Sebastiani inita est Inquisitio dioecesana a die 21 mensis Decembris anno 1988 ad diem 9 mensis Aprilis anno 1992, cuius iuridica auctoritas probata est ab hac Congregatione de Causis Sanctorum Decreto diei 12 mensis Maii anno 1995. Praeparata *Positione*, secundum modum procedendi examinatum est an Serva Dei virtutes in gradu heroico exercuisset. Exitu propitio, die 6 mensis Februarii anno 2014 locum habuit Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Die 16 mensis Iunii anno 2015 in Ordinaria Sessione, me praeside Cardinale Angelo Amato, Patres Cardinales atque Episcopi confessi sunt Servam Dei exercuisse in gradu heroico virtutes theologales, cardinales atque adnexas.

Facta demum de hisce omnibus rebus summo Pontifice Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum, tum in proximum, necnon de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico Servae Dei Mariae Teresiae Dupouy Bordes (in saec.: Mariae Iosephinae Carolae), Religiosae professae Societatis a Sacro Corde Iesu, Fundatricis Congregationis Missionariarum a Ss. Cordibus Iesu et Mariae, in casu et ad effectum de quo agitur*.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 16 mensis Iulii a.D. 2015.

Angelus card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

VERONENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Iosephi Carraro Episcopi emeriti Veronensis (1899-1980)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Domine Iesus vivere cupio et mori in fidelitate amoris tui... Da mihi, Domine, donum tuae pacis, videlicet plenum, constans, benevolum ac laetum divinae voluntatis obsequium erga me».

Ex his brevibus sententiis, quas Servus Dei Iosephus Carraro scripto mandavit in spiritualium exercitiorum cursu concludendo, dignosci potest vinculum amoris cum Domino Iesu, quod vivens arcte et fideliter servabat, cuius impulsu etiam Ecclesiam ipsi commissam ita amavit ut se totaliter Veronensem sentiret.

Dei Servus Mirae, Venetiarum in provincia tunc autem dioecesi Tarvisinae subiectae, ortus est a familia quae in paupertate vivebat, fide autem et christianis virtutibus florebat, die 26 mensis Iunii anno 1899. Baptizatus est illique nomina Iosephi, Moysis et Ioannis imposita sunt. Iam pueritiae annis signa pietatis et propensionis ad vitam sacerdotalem apparuerunt, qua re in Seminarium Tarvisinum adlectus, ad sacerdotium accedendi viam firma disciplina et maturo Consilio ingressus est, intellegentia perspicua praeditus et iudiciis excitatus. Iter tamen ad sacerdotium bellicis eventibus non levi difficultate affectum est annis 1917-1920. Qua superata difficultate Servus Dei complere cursum potuit et sacerdotalis ordinis sacramentum accipere die 31 mensis Martii anno 1923 ab Exc.mo Andrea Hyacintho Longhin O.F.M. capp., Tarvisino episcopo, nunc Beato.

Tunc Servus Dei exercitium pastorale coepit absolvere sollicita cum serenitate, fortior effectus anteacta bellica experientia et cito studiis in Patavina Universitate auctus, nativam dioecesim servivit: credentes et a fide et Ecclesia dissitos audiendo et consilia opportuna largiendo; seminario Tarvisino officium docentis praestitit, dein opus spiritualis directoris et demum rectoris partes exercuit.

Anno 1952 Episcopus Auxiliaris dioecesis Tarvisinae factus est et anno 1956 ad regendam dioecesim Victoriensem Venetorum vocatus est; demum anno 1958 a Summo Pontifice Ioanne XXIII, qui multi eum ducebat, factus est Veronae episcopus. Initium episcopalis Veronensis ministerii fuit die 18

mensis Ianuarii sequenti anno et dein per circiter annos viginti id Servus Dei studuit explere.

Tempus illud signatum fuit eventibus et discriminibus variis, laboribus gravibus et magni momenti, praesertim quoad ea quae ad praeparationem Concilii Vaticani II eiusque quattuor sectiones complendas attinebant et quoad opus dictamina sacrae Synodus inducendi et perficiendi in christianum populum. Servus Dei interfuit sessionibus Concilii et singulariter in iis quae circa seminaria et sacerdotum educationem vertebant afferens multa ex opere et experientia collata. A Concilio auctum Ecclesiae amorem hausit ita ut ea fieret centrum pastoralis actuositatis simulque impellens apostolatum vis necnon missionalia et universalia incepta; opus praesertim impendit in parandis sacerdotibus "fidei donum" ad voluntarium servitium in dissitis regionibus; in oecumenicis inceptis, in laicis christianis doctrina et virtute roborandis, eorum virtutibus et operibus fidens. Ecclesia facta est et finis orationis, laboris, dolorum, operum Servi Dei et studii ad perquirendas vias novas ut "temporum signa" recte interpretaret eisque responderet.

Ex multis eius inceptis digna memoria praesertim sunt Institutum nuncupatum "Giberti" seu Schola pro sacerdotibus iunioribus, Schola Permanens ad Apostolatum Laicorum (SPAL), Schola Permanens formativa Religiosarum Addictarum Apostolatui inter Mulieres Laborantes (SPRAAL), Studium Theologicum a S. Zenone nuncupatum ad quod curavit ut convenirent etiam alumni Religiosorum qui studiis theologicis attendere petebant; necnon Schola Theologiae pro Laicis a Sancto Petro Martyre nuncupata nunc Institutum Superius Scientiarum Religionis, et demum Schola pro Catechistis (CIFR). Memoranda est etiam institutio appellata vulgo "Treno Bianco" pro peregrinatione ad B. Virginem Lauretanam puerorum aegrotantium quibus comites fierent pueri bene se habentes qui aegrotantibus amicitiam et aliqua servitia ministrarent. Brevitatis causa relinquimus personali inquisitioni alia minora etsi non parvi momenti incepta. Sensus communionis cum aliis Ecclesiis vigebat in animo Servi Dei, quo actus Seminarium pro America Latina instituit necnon aliquas missiones in Africa et Romae loco "Torre Angela".

Lumine fidei ductus et Christi impulsus amore vitam suam Servus Dei fecerat totaliter oblationem Deo cuius voluntati se subicere in omnibus intendebat humili sequela et firma voluntate. Ex Christi amore auriebat Ecclesiae serviendae studium necnon curandi populum sibi commissum.

Erga Eucharistiam ita pietate et amore incensus fuit ut cubiculum suorum studiorum faceret potius cappellam orationis quam locum operationis et laboris. Modus qui ille oculos ad Eucharistiam vertebat non raro fidelibus admirationi erat. Nec minor erat Servi Dei devotio erga Beatam Virginem Dei Matrem, quam venerans verbis invocabat "Mater mea fiducia mea", quae verba initialibus litteris semper in capite epistolarum et aliorum scriptorum signabat "m.m.f.m.". Pastorali caritate impulsus labores non effugiebat nec sibi parcebat etsi "fragili valetudine ferrea" fruebatur, ut oximore aliqui dicebant.

Curabat adesse omnibus egentibus praesertim iis qui doloribus vel physicis morbis affligebantur vel variis laborabant adversis conditionibus. Spem infundere omnibus cupiebat quam ipse in Deo collocabat. Dolens de causis quae animorum divisiones et adversiones inducebant, reconciliationis vias inquirebat et adire conabatur saepe veniam petens, si eius provisio animos tristitia vel adversione affecisset. Attamen firmum et audentem se praebebat cum veritas, fides et iustitia defendendae essent: fortis et suavis, imperans et patiens, prudens et audax, promptus audiendo, sed etiam silentibus precibus prout discrimina requirebant.

Presbyteros cognoscere curabat et eos audire eisque adesse etiam quoad materiales necessitates sed praesertim in re spirituali et opere formationis.

Anno 1978 episcopale servitium Veronensis Ecclesiae abdicavit secundum provisiones disciplinae post Concilium editas; at perseverans donare residuas vires suae sacerdotali qualitate fidelis et secundum donum sui ipsius quod in vita semper fuit ipsi dux et regula. Non multo elapso tempore postquam episcopale ministerium dimiserat Servi Dei valetudo apoplectico ictu vulnerata est qua re diu in nosocomio degit et dein quasi biennium commoratus est in humili domo orationi intentus incommodorum et dolorum patiens, tamen valetudine permittente se adhuc exhibens audiendis visitantibus iisque consiliis elargiendis. Anno 1980 ingravescente morbo in nosocomium translatus est. Ibi fuit etiam exemplo et aedificationi patientia et pietate in Eucharistiam quam poterat in cubiculo servare de licentia Episcopi successoris.

Luci terrestri oculos clausit die 30 mensis "Decembris anno 1980.

Cum sanctitatis fama vigeret, acta est in Curia episcopali Veronensi dioecesana Inquisitio a die 5 mensis Octobris anno 2006 ad diem 18 mensis Octobris anno 2008, cuius validitas cognita et probata est ab hac Congre-

gatione de Causis Sanctorum Decreto die 26 mensis Februarii anno 2010. *Positione* dein parata, disceptatum est an Servus Dei virtutes heroico gradu exercuerit. Die 13 mensis Ianuarii anno 2015 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum felici cum exitu actus est. Patres Cardinales et Episcopi in Congregatione ordinaria die 16 mensis Iunii anno 2015, cui praefui ego Cardinalis Angelus Amato, cognoverunt virtutes theologales, cardinales et adnexas gradu heroico a Servo Dei exercitas fuisse.

Relatio summa cura exarata de cunctis partibus processus a subscripto Cardinali Praefecto Summo Pontifici Francisco exhibita est; tunc ipse Sanctus Pater, rata habens S. Congregationis vota, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Iosephi Carraro, Episcopi emeriti Veronensis, in casu et ad effectum de quo agitur*.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 16 mensis Iulii a.D. 2015.

ANGELUS card. AMATO, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ MARCELLUS BARTOLUCCI
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

IALAPENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Ioannis Emmanuelis Martín del Campo Sacerdotis Dioecesani (1917-1996)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Miserere mei, Deus, secundum misericordiam tuam; et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius lava me ab iniquitate mea et a peccato meo munda me» (*Ps* 51, 3-4).

Hoc fuit principium quod Servus Dei Ioannes Emmanuel Martín del Campo suo in pastorali ministerio adhibuit, peculiari modo confessionali deditus, in quo peccatores perciperent gratiam Dei omnem culpam remittere eiusque misericordiam proprio esse peccato.

Servus Dei die 14 mensis Decembris anno 1917 in vico v.d. *Lagos de Moreno*, apud oppidum *Jalisco* in Mexico est natus atque sequenti die 20 baptismum accepit. Quartus fuit e septem filiis humilis et valde religiosae familiae. Infans in serena familia sua deguit a parentibus amatus, studio deditus atque magnae pietati religiosae. Chrisma in fide accepit atque primam communionem circa septem annos natus.

Primam aetatem in urbe nativa transegit, in qua partem vixit horrorum sic dictae *Guerra Cristera*, quae, illo tempore, Mexicana in Natione magis magisque vigere coepit. Hanc ob rem, familia vexations subiit atque mortis minas, quia se profitebatur christianum esse atque catholicam fidem defendebat. His in circumstantiis, pater decrevit uxorem filiosque Mexicopolim transferre, in Provinciam scilicet Foederalem, quam fideles securioresque incolebant. Ibi iuvenis Ioannes Emmanuel, curricula primi gradus prosecutus et, paulo post, communitatem ingressus est Congregationis S. Ioseph, in Provincia Foederali, in qua iam frater eius Ferdinandus adstabat, postea sacerdos memoratae Congregationis. Tamen Servus Dei ad vitam religiosam non sensit se attrahi, sed divinam animadvertit vocationem ad sacerdotium in vita dioecesana.

Hoc modo notitiam de seminario clandestino accepit in dioecesi tunc Verae Crucis, cum sede in magna urbe Mexicana, cuius episcopus erat Raphaël Guízar Valencia, hodie sanctus. Clam allatus est illuc et ipse sanctus Raphael eum accepit et decrevit ut in albo seminarii alumnorum adscriberetur. Iuvenis Ioannes Emmanuel pietate eminuit, diligentia in studio,

oboedientia, orationis spiritu, sicut etiam promptitudine et dispositione ad proximum iuvandum.

Sancto episcopo mortuo, successor eum presbyterum in templo cathedrali Ialapensi ordinavit (quandoquidem vexatio in Ecclesiam in civitate Verae Crucis cessavit) die 23 mensis Decembris anno 1940. Ita ille ministerium sacerdotale incohavit. Munus formatoris in seminario explevit in quo tironibus ad presbyteratum magnum dedit exemplum humilitatis et oboedientiae. Postea parochus fuit et pastor quarundam communitatum et eximia eminuit pastorali caritate erga fideles, quibus se sine condicione consecravit et mora; curam habuit potissimum de infirmis deque pauperibus, fidem et catechismum infantes et iuvenes edocuit, continuas praedicavit missiones in quibus propagabat precem sancti Rosarii, eucharisticam adorationem atque confessionem sacramentalem fovit, non neglectis tamen sacramentis administrandis; efficit ut multi coniuges qui in libera vivebant unione sanctum inirent matrimonium.

Veluti canonicus paenitentiarius cathedralis Ialapensis totum tempus confessionali dicavit, ad quod multi accedebant fideles ut sua confiterentur peccata et veniam peterent. Hoc officium, sine limitibus temporis vel spatii actum, effecit ut titulum acciperet ab ipsis fidelibus datum: «Novi inter nos patris Pii de Pietrelcina». Veluti exorcista potens fuit in certamine adversus malignum atque multas animas liberavit quae sub regimine inveniebantur «patris vanitatis». Paroecialem fundavit scholam pro infantibus pauperibus atque hospitium pro tumore correptis eorumque familiaribus.

Affectus ipse cancro, eius vita in terra ad finem pervenit atque vocatus est a Domino ut praemium acciperet suorum laborum, in urbe Ialapensi die 13 mensis Augusti anno 1996, circumdatus fama sanctitatis in vita, in morte atque post eam suam ob vitam evangelicam.

Huius famae virtute, a die 5 mensis Februarii anno 2009 ad diem 23 mensis Aprilis anno 2010, celebrata est apud Curiam Archiepiscopalem Ialapensem Inquisitio dioecesana, cuius iuridica validitas die 7 mensis Iulii anno 2011 Decreto Congregationis de Causis Sanctorum est recognita. Parata *Positione*, disceptatum est, iuxta suetas normas, an Servus Dei more heroum virtutes christianas exercuisset. Consultores Theologi eiusdem Congregationis die 25 mensis Novembris anno 2014 positivam sententiam de virtutibus Servi Dei protulerunt. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria die 22 mensis Septembris anno 2015 congregati, me Angelo Cardinale

Amato moderante, edixerunt Servum Dei heroico modo virtutes theologales, cardinales iisque adnexas excoluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Ioannis Emmanuelis Martín del Campo, Sacerdotis dioecesani, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 30 mensis Septembris a.D. 2015.

Angelus card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

TOLETANA

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Iosephi Rivera Ramirez Sacerdotis Dioecesani (1925-1991)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«De te dixit cor meum: "Exquirite faciem meam!" Faciem tuam, Domine, exquiram. Ne avertas faciem tuam a me, ne declines in ira a servo tuo. Adiutor meus es tu, ne me reicias neque derelinquas me, Deus salutis meae» (*Ps* 27, 8-9).

Haec Psaltae Israelis precatio eminentem constituit causam quae vitam descripsit et spiritualem cursum Servi Dei Iosephi Rivera Ramirez. Qui enim, Domini voluntatem assiduo scrutans animo, sacerdotium suum interpretatus est veluti indefessum et munificum servitium fratribus praestandum, atque omnibus, sive humili vehementique verbo sive amabilis et congruentis vitae exemplo, fidei et sanctitatis viam proponere scivit.

Servus Dei, inter filios minimus natu, e parentibus intensa fide Christiana praeditis, die 17 mensis Decembris anno 1925 Toleti ortum habuit. Pater eius medicus fliit ac praeses Foederationis a parentibus catholicis constitutae, mater autem maxime filiorum institutioni dedita. Iosephus baptismatis aquis ablutus est die 2 mensis Ianuarii anno 1926, ac sequenti anno ritu confirmationis unctus. Anno 1933, in sollemnitate Sacratissimi Cordis Iesu primum ad eucharisticum convivium accessit.

Inde a iuventute indolem potius contumacem excoluit ac de omnibus dissentientem, quam tamen pedetemptim mutavit potissimum postquam meditationi lectionique se dederat, in quibus haud parum insumebat temporis. Apud eum magnopere valuit exemplum fratris eius Antonii, qui praesidis Iuventutis Actionis Catholicae munere fungebatur et appellabatur "Angelus Arcis", simulque apostolico ac sociali eminebat studio.

Spiritualem et vitalem quaerens viam, indicia persensit ad sacerdotalem vocationem; quamobrem apud Studiorum Sedem Comillensem cursum philosophiae frequentavi necnon theologiae cursum Salmantica in urbe, ubi anno 1951 baccalaureati titulo est ornatus. Die 4 mensis Aprilis anno 1953 Toleti in Archiepiscopali cappella sacro presbyteratus ordinis est insignitus.

Pastorale ministerium peculiari exercuit assiduitate in urbibus Salmantica, Palentia et Toleto diversa assumens numera. Praesertim plures per

annos spiritualiter perduxit sacrorum alumnos ex omni Hispaniae regione provenientes. Apud Seminarium maius suae Archidioecesis praeceptor theologiae dogmaticae, confessarius et animarum moderator exstitit.

Vita orationis, paenitentiae et studii nutritus, efficaciam sortitus est tam in animarum moderamine quam in vario ministerio praedicationis, scilicet in spiritualibus exercitiis habendis, in dissertationibus proferendis, in recessibus ubique nationis ordinandis. Frugifera quoque scripsit et varia divulgavit opera de contemplativa et spirituali vita.

Assiduum eius virtutum exercitium vigorem hausit e vita prorsus dedita ad Christum imitandum. Em.mus Marcellus Card. González Martín haec de eo asserere potuit: «Fides eius, spes et caritas manifestae, vividae ac ferventes fuerunt virtutes». Maiorem adhuc praebuit largitatem in auxiliis quae innumeris continenter dispersit pauperibus et exclusis a societate, quos inter hamaxobii recensentur.

In Servi Dei vita duo aperte eminent critica momenta, quae ipse spirituali fortitudine sibi iniuncta suffultus oppetivit. Prius accidit cum, septemdecim annos natus, eo pervenit ut animo confractus immo suicidium mente conciperet. Alterum evenit cum, quadraginta quinque aetatis annos, moderator cum esset spiritualis in Seminario Palentino, quasdam perspexit deflexiones postconciliares maxime quoad rem liturgicam. Quamvis inter haec et alia versaretur adiuncta, "contra spem in spe credere" perrexit; quin immo, spes eius ita fines est praetergressa, ut ipse quodam die dixerit: «Nullo umquam tempore, ne in peioribus quidem rebus, spem colere destiti plenam sanctitatem attingendi».

Die Nativitatis Domini anno 1988 victimam sese obtulit pro conversione cuiusdam presbyteri in critica condicione versantis, qui postea ad ministerium feliciter redire valuit. Experientia enim haec plane congruebat indoli praesertim sacerdotali qua ditatus erat in vita spirituali, quam transmittendam quoque curavit suis confratribus, quibus authenticum operis pastoralis exemplum tradidit.

Servus Dei, uti sacerdos et magister, in quacumque vitae condicione, summus haberi potest testis fidelitatis erga Evangelium, oboedientiae magisterio ecclesiastico, humilitatis et caritatis. Apud sacerdotes, sacrorum alumnos et christifideles sanctitatis opinione circumdabatur.

Suam exhalavit animam die 25 mensis Aprilis anno 1991. Exuviae illius, ex ipsius voluntate, traditae sunt et accommodatae ad usum Matritensis

Instituti Anatomiae in Facultate Medicinae apud Complutensem Studiorum Universitatem. Haec enim voluntas sequentibus nititur rationibus: spiritu paupertatis ut inde insumptus exsequiarum vitarentur; spiritu humilitatis ne ullus quidem sciret ubinam invenirentur; ac potius spiritu caritatis ut corpus eius in quandam conferret utilitatem etiam post mortem, uti extremam testificationem totius eius vitae pro amore proximi consumptae. Duos post elapsos annos exuviae in cappella Seminarii Archidioecesani Sanctae Leocadiae sunt conditae.

Perpensa eius sanctitatis fama, a die 21 mensis Novembris anno 1988 ad diem 21 mensis Octobris anno 2000 apud Ecclesiasticam Curiam Toletanam instructa est dioecesana Inquisitio, cuius iuridicam validitatem haec Congregatio approbavit per Decretum quod edidit die 18 mensis Ianuarii anno 2002. Confecta *Positione*, de consueto procedendi modo disceptatum est utrum Servus Dei virtutes heroico gradu exercuerit. Positivo quidem cum exitu, die 23 mensis Aprilis anno 2010 actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Purpurati Patres et Episcopi, die 29 mensis Septembris anno 2015 congregati in Ordinaria Sessione, cui egomet Angelus Card. Amato praefui, edixerunt Servum Dei theologales, cardinales iisque adnexas virtutes heroum in modum esse exsecutum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Iosephi Rivera Ramirez, Sacerdotis Dioecesani, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 30 mensis Septembris a.D. 2015.

Angelus card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

LISBONENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Teresiae Rosae Ferdinandae de Saldanha Oliveira e Sousa Fundatricis Congregationis Lusitanae Sororum Dominicanarum a Sancta Catharina Senensi (1837-1916)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Gratias tibi ago, mulier consecrata, quae [...] teipsam amori Dei docilem et fidelem patefacit atque Ecclesiam et universum humanum genus sustentas, ut vivant coram Deo illud iuxta responsum 'sponsale', quod mire communionem exprimit ab Ipso cum creaturis constitutam».

Haec verba, quae Summus Pontifex Sanctus Ioannes Paulus II in *Epistolis ad Mulieres* anno 1995 scripsit, vitam et spiritualem conversationem Servae Dei Teresiae Rosae Ferdinandae de Saldanha Oliveira e Sousa summopere personant, quae mira fuit testis muliebris ingenii et benigna sollicitudine vultum Christi Sponsi in fratribus minimis agnoscere ac diligere valuit.

Serva Dei die 4 mensis Septembris anno 1837 Ulyssipone e nobili lusitana familia nata est et sequenti die ad baptismalem fontem regenerata. Christiana doctrina ac moribus informata, anno 1848 Primam Communionem accepit. Peculiarem potissime partem in eius eruditione habuit mater, quae eam sive litterarum, musicae et artis instituta una etiam cum aliis magistris docuit sive pietatis actis atque consorti caritati proximi initiavit. Infantiae et adulescentiae tempore, Teresia autem infirma valetudine laborata est, cui tamen valuit mederi.

Iuvenili aetate, familia eius intra circulos optimatum puellam infulsit, e quibus vero haud defuerunt petentes. Ea nihilominus nihil ad hoc genus vitae se sensit adlectam; moderatoris immo spiritualis praecepto, votum privatum virginitatis emisit et magis in dies ad vitam consecratam atque ad servitium pauperum potius properavit. Filiis Caritatis e Gallia profectis sociata, Collegium Sanctae Marthae pro puellis egenis direxit. Spiritualis eius exquisitio in angustis historiae Institutorum religiosorum evenit tempestatibus, cum leges Ecclesiae admodum infensae in Lusitania irrogabantur.

Anno 1864, chirurgicae sectioni subiecta est, quod tempus refectionis secundissima ei fuit cogitationis copia de apta via persequenda. Teresia, quae iam Tertio Ordinis Sancti Dominici sese ascripserat, matri suae con-

versationis religiosae secundum spiritualitatem Sancti Dominici ineundae patefecit desiderium, quod anno 1866 consummavit, cum aliae duae puellae eiusdem proposito adhaeserunt et cum ea consociationem inchoaverunt, quae postea Congregatio Lusitana Sororum Dominicanarum a Sancta Catharina Sensensi facta est, praesertim pueris pauperibus instituendis, puellis laboriosis rudimentis disciplinae imbuendis ac omnimodis fovendis necnon egenis curandis addicta. Anno 1887 Serva Dei professionem religiosam emisit et anno 1892 vota perpetua professa est. Moderatrix Generalis Congregationis nominata, dispensaria medicabulaque et collegia aperienda enixe curavit.

Teresia de Saldanha prima mulier fuit, quae in Lusitania post abolitionem Ordinum religiosorum Institutum quoddam fundaret. Indolem habebat fortem ac firmam, mentem negotiis emoliendis intentam, eximium ingenium regiminis, sed praecipuissimum adiunctum animae eius summa caritas fuit erga Deum et pauperes. Praeter peritiam linguarum Serva Dei praedita erat magni virtutibus artis, quas sacris imaginibus depingendis deserviit. Conspicuum quoque corpus operum ac documentorum privatorum reliquit, quae ad res vitae eius memoriisque necnon ad orationes, litteras et necessitudines varias pertinent.

Miro intellectu fidei percepit mutationes, quae progressus societatis excutiebat. Magna quidem mulier fuit, quae intuitu illis temporibus vere praecursorio mulierum provectum praesertim institutionis gratia summopere habuit curae. Testimonium eius consuetudinibus dominicanis coruscatum fretae et profundae orationis usui fiduciaeque inconcussae Domini et perseveranti ac navae caritati radicitus innisum est.

Novis susceptis difficultatibus ob Congregationis bona a gubernio lusitano proscripta, Institutum tamen ab ipsa fundatum crevit et dignam dedit operam etiam in Belgio, in Brasilia et in America Septentrionali.

Serva Dei, fatali sanguinis profluvio in cerebro correpta, die 8 mensis Ianuarii anno 1916 occubuit.

Ob sanctitatis famam, qua iam vivens gavisa est, post mortem magis etiam celebratam, Causa Beatificationis et Canonizationis apud Curiam Patriarchalem Lisbonensem inita est per celebrationem Inquisitionis Dioecesae a die 6 mensis Novembris anno 1999 ad diem 17 mensis Novembris anno 2001, cuius auctoritas et vis iuridica ab hac Congregatione de Causis Sanctorum die 31 mensis Ianuarii anno 2003 probatae sunt.

Positione confecta, die 2 mensis Iunii anno 2015 in Congressu Peculiari Consultorum Theologorum prospero cum exitu disceptatum est, iuxta consuetudinem, an Serva Dei more heroum virtutes christianas exercuisset.

Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria diei 1 mensis Decembris anno 2015, cui egomet ipse Angelus Cardinalis Amato praefui, professi sunt Servam Dei virtutes theologales, cardinales iisque adnexas in modum heroum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per infrascriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis in gradu heroico Servae Dei Teresiae Rosae Ferdinandae de Saldanha Oliveira e Sousa, Fundatricis Congregationis Lusitanae Sororum Dominicanarum a S. Catharina Senensi, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Decembris a.D. 2015.

Angelus card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

VIGLEVANENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Teresii Olivelli Christifidelis Laici (1916-1945)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Nulla vitae devotione nullaque caritate, humana consortio non renovatur. Genus humanum in caritatis evangelicae fluminibus est lavandum».

Quibus verbis Servi Dei Teresii Olivelli vita et eius consilium hominibus maxima infirmitate et fragilitate affectis se dare absolvuntur. Exemplum eloquens deditionis Deo et erga homines caritatis, singularis Christi et Evangelii discipulus, Teresius Olivelli Bellasii (Comi) die 7 Ianuarii 1916 natus est, sed mox familia ad natalem solum in dioecesi Viglevanensi revertit. Scholam et christianorum sodalicium Mortis Arae (Murtariae) frequentans, doctrina et animi cultu adolevit: rei paroeciali S. Laurentii interfuit et Actionis Catholicae socius apostolatum gessit. Studiis litterarum Viglevani perfectis, anno 1934, iuris scientiae vacavit, apud Academiam Ticini, Ghislieri collegi alumnus. Aetatem in litteris et ludis vehementer agebat et pauperum egestati consulebat.

His annis Servus Dei suam fidem a republica non separavit, quam ob rem in nonnullas res humanas se immisit; in Fascales quoque, deinde in libertatis fautores, ut Christi discipulus societati aedificandae prodesset. Anno 1938 scientiae legum doctoris gradum est assecutus et adiutoris munus cathedrae administrationis iuris apud Academiam Taurinensem ei est attributum. Dum iam se seiungit a Fascalium regimine, diversum abire visum est. Mense Ianuario anno 1941 enim militiae vacationem habere destitit et ultro nomen dedit. Quo autem consilio fascalium regimine fisus non est. Aegre ferebat suos aequales stipendia merere, cum ipse militiae vacationem haberet; et ne iuvenibus tantum quidem classium humillimarum proeliandum esse. Christi discipulus, cum numquam bellum suscipere voluerat, tum in prima acie versari voluit ut cum militibus hosti opportunioribus dimicaret. His verbis sensus suos aperuit: «Non fortium facinorum desiderio uror. Tantum iungi turbae exopto, concors populo qui invitus pugnat et doloribus laborat». Interea cogitationes suas magis magisque in pauperes et humiles abiciebat. Ex his milites praecipue qui erant destinati stulto bello sarmatico, in quo Italia magna detrimenta accipiebat. Petivit ut bello interesse posset

et ipse, qui sincero animo semper esse optabat non ubi res felicem exitum habebat, sed ubi res male eveniebat.

Legioni Tridentinae legati adiutor misericordiam semper exercuit: cibaria dividebat etiam cum ipse satiari nequibat. Vesperi suos milites congregabat et curabat ut Beatam Virginem Mariam rosario precarentur; deinde cum illis morabatur, hortans atque consolans in primis infirmissimos et perterritos. In illa mortis et desperationis valla Christum adducere conabatur. Iuvenes Alpium milites vino indulgendo, flendo, execrando se reficiebant. In tam gravi discrimine Teresius Olivelli verbis et factis se misericordem praebebat. Cum militum pietatis magister deesset, idem in religionis auxilio praebendo totum se tradebat. Exitus tristis fuit: milites italici recedere sunt coacti, sed Sarmatae ingenti caede universos obruerunt. Superstites iter grave atque acerbissimum plurimorum passuum pedibus, nivibus obruti, facere coacti sunt. Plurimi, vulneribus affecti et confecti, genu nixi in semitis fuerunt qui eiularent et manus tenderent ut aliquantum misericordiae implorarent. Qui ad vulneribus affectis succurrendum consistebant, mortis periculo se committebant. Teresius Olivelli, cum probe hoc sciret, apud hos homines doloribus confectos et desperatos in itinere constitit atque substitit. Multi, cum in Italiam redierint, confirmabunt: « Illius beneficio vivo ».

A Sarmatia regressus, suam salutem divino consilio non uni sibi esset donatam aestimavit. Fratribus, in primis infirmioribus et indigentioribus, more suo, se devovere voluit. Anno 1943 plurimi homines, quibus prodesse posset, vivebant in Italia, bello, odio, inopia et animi miseria devastata. Fascalium regimine confecto, in italica regione debilitata et cruore respersa, a sociis igniferis globis incensa, copiarum Germanorum recedentium furore et libertatis militum rebus gestis devastata, Teresius Olivelli partes eorum qui libertatem, iustitiam et pacem cupiebant, est secutus. "Amore" impulsus, seditionem concitavit, cum undique odium et vis saevirent. Eius seditio animo recto gesta est. Temporibus, caedis avidis, Teresius Olivelli neque homines necabat neque ulciscendi cupiditate agitabatur. Exoptabat patriam renovatam, restitutam et pacatam, in qua iuvenes futurum tempus in manus sumere, studia exercere, laborem suscipere, matrimonio se iungere, suam fidem testificari, rempublicam capessere possent. His consiliis impulsus, libertatis causa pugnavit, Christi discipulus et civis Italiae; temporibus luctuosissimis Italiae reipublicae se devovit.

Singularis illius Christifidelis laici Italici caritas maxime floruit in publicae custodiae campis nazistarum. Deprehensus et huc ductus, ut se servaret non curavit, sed pro fratribus se devovit. Forti et clara fide adiutus, iterum arma sua, id est Evangelium, obsecrationem, caritatem, induit. In publicae custodiae locis v. d. *Fossoli, Bolzano, Flossenburg et Hersbruck* Deum obsecrabat et captivitatis socios, ut occulte preces funderent, hortabatur, eosque ad Evangelium legendum congregabat. Odio et violentiae caritatem et misericordiam opposuit: saepe de sua parte cibariorum decessit ut aliis donaret, cum ipse fame conficeretur; infirmissimis et gravissimo morbo aegris succurrebat, verberatus, cum in illis locis sociis consentire non liceret: homini omnis humanitatis species erat amittenda. Teresius Olivelli autem, eorum crudelitatem neglegens, numquam in vexatores odium habuit: ipse, certus nuntius et testis gravis misericordiae ac benignitatis, violentiae et mortis temporibus semper et solum ex animo amavit. Die 31 decembris 1944 irreparabile factum est: Teresius Olivelli iuvenem ucrainum, a carceris custode verberatum, defendere conatus est, suo corpore interposito, et stomacho calce caesus est. Non amplius recreabitur. Die 17 ianuarii 1945 in valetudinario publicae custodiae campi apud *Hersbruck*, annos natus undetriginta, brevem vitam, ardenti caritate erga Christum et fratres consumptam, confecit.

Fama eius admirabilis vitae, egregiis virtutibus signatae, et eius singularis mortis, magnae caritatis facinore perfectae, resonavit iam die 17 ianuarii 1945 in publicae custodiae campo apud *Hersbruck*: «Vir sanctus obiit. Pro nobis se devovit». Solida et magna sanctitatis fama perpensa, a die 29 martii 1987 ad diem 16 septembris 1989 apud Curiam Episcopalem Viglevanensem Inquisitio dioecesana est facta quae legitima habita est ab hac Congregatione die 27 martii 1992. *Positione* instructa, iure consueto, disceptatum est Servusne Dei virtutes heroice coluisset. Confirmativo exitu, die 17 decembris 2013, Congressus Peculiaris Consultorum Teologorum factus est. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria diei 1 decembris 2015, me Cardinale Angelo Amato Praefecto, Servum Dei Teresium Olivelli heroice virtutes teologales, cardinales et coniunctas coluisse agnoverunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in*

Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Teresii Olivelli, Christifidelis Laici, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Decembris a.D. 2015.

ANGELUS card. AMATO, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ MARCELLUS BARTOLUCCI
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

NANNETENSIS et ANDEGAVENSIS

de finium mutatione

DECRETUM

Quo aptius christifidelium pastorali curae consuli possit, Exc.mi PP. DD. Ioannes Paulus James, Episcopus Nannetensis, et Emmanuel Delmas, Episcopus Andegavensis, unanimo consensu ab Apostolica Sede expostulaverunt ut circumscriptionum sibi concreditarum fines immutarentur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P.D. Ludovici Ventura, Archiepiscopi titulo Equiliensi et in Gallia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice, Francisco, Divina Providentia PP., tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, hoc Decreto, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, a dioecesi Nannetensi distrahit et dioecesi Andegavensi adnectit integrum territorium municipii vulgo "*Le Fresne-sur-Loire*", mutatis, hac ratione, utriusque ecclesiasticae circumscriptionis finibus.

Quamobrem documenta et acta praefati territorii clericos, fideles ac bona temporalia respicientia a Curia Nannetensi ad Curiam Andegavensem transmittantur.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum Apostolicum Nuntium vel, ipso a sede absente, negotiorum Sanctae Sedis in Gallia gestorem, necessarias et opportunas eisdem tribuens facultates etiam subdelegando ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Congregationis pro Episcopis, die 2 mensis Martii anno 2017.

Marcus card. Ouellet
Praefectus

✠ Ilson de Jesus Montanari
a Secretis

SINUS TONITRALIS et S. MARIAE ORMENSIS

de finium mutatione

DECRETUM

Quo aptius christifidelium pastorali curae consuli possint et Episcopi munus suum efficaciter explere valeant, Exc.mi PP. DD. Fridericus J. Colli, Episcopus Sinus Tonitralis, et Marcellus Damphousse, Episcopus S. Mariae Ormensis, ab Apostolica Sede enixe expostulaverunt ut circumscriptionum ecclesiasticarum sibi concreditarum fines aliquantulum immutarentur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P.D. Aloisii Bonazzi, Archiepiscopi titulo Atellano et in Canada Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Francisco, Divina Providentia PP., tributarum, oblatis precibus annuendum censuit. Quapropter, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, a dioecesi S. Mariae Ormensi integrum territorium comministratum vulgo nuncupatarum "Pie Mobert" et "Manitouwage", distrahatur idque dioecesi Sinus Tonitralis adiungatur.

Mandat insuper ut documenta et acta praefatum territorium bona temporalia respicientia, a Curia S. Mariae Ormensi ad Curiam Sinus Tonitralis tradantur.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc. mum P.D. Aloisium Bonazzi, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Congregationis pro Episcopis, die 18 mensis Martii anno 2017.

Marcus card. Ouellet
Praefectus

✠ Ilson de Jesus Montanari
a Secretis

RALEIGHIENSIS

de Episcopalis Cathedrae translatione
et Ecclesiae Cathedralis erectione

DECRETUM

Rev.mus Dominus Michaël P. Shugrue, Administrator dioecesanus Raleighiensis, ab Apostolica Sede enixe postulavit ut, ad aptius tutiusque animarum bono consulendum, Cathedralis titulus templi Deo, in honorem Sacratissimi Cordis Iesu dicati, in civitate Raleighiensi constituti, exstingueretur et templum in eadem civitate situm Deo, in honorem Sanctissimi Nominis Iesu dicatum, ad gradum ac dignitatem ecclesiae Cathedralis eiusdem dioecesis eveheretur.

Summus Pontifex Franciscus, Divina Providentia PP., praehabito favorabili voto Exc.mi Christophori Pierre, Archiepiscopi titularis Gunelensis et in Civitatibus Foederatis Americae Septentrionalis Apostolici Nuntii, de Consilio Congregationis pro Episcopis, preces ad Se admotas, Sanctae Matris Ecclesiae profectum ac animarum saìutem prae oculis habens, excipiendas statuit.

Quapropter, Idem Summus Pontifex, suppleto quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Congregationis pro Episcopis Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, Cathedralis titulum templi Sacratissimi Cordis Iesu exstinguit et memoratum templum Sanctissimi Nominis Iesu ad gradum ac dignitatem ecclesiae Cathedralis eiusdem dioecesis evehit, collatis simul omnibus praerogativis, iuribus et privilegiis quibus ceterae Cathedrales ecclesiae, ad normam iuris, fruuntur.

Ad haec perficienda deputat memoratum Exc.mum P.D. Christophomm Pierre, Archiepiscopum titularem Gunelensem et in Civitatibus Foederatis Americae Septentrionalis Apostolicum Nuntium, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegando ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem Episcopis, ubi primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Congregationis pro Episcopis, die 26 mensis Iulii anno 2017.

Marcus card. Ouellet
Praefectus

✠ Ilson de Jesus Montanari
a Secretis

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Franciscus Pp., per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit Praesules:

die 6 Maii 2017. — Cathedrali Ecclesiae Abellinensi, Exc.mum D. Arturum Aiello, hactenus Episcopum Theanensem-Calvensem.

die 10 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Limoëirensi, R.D. Andream Vitalem Félix da Silva, Congregationis Sacerdotum a Sacro Corde Iesu sodalem.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Aloisii de Caceres, R.D. Jacy Diniz Rocha, e clero dioecesis Guanhanensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tyndaritanae, R.D. Aloisium Antonium Lopes Ricci, e clero dioecesis Bauruensis ibique hactenus paroeciae *Sancti Christophori* Curionem, quem deputavit Episcopum Auxiliarem archidioecesis Nictheroyensis.

die 11 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Lemovicensi, R.D. Petrum Antonium Bozo, e clero dioecesis Sagiensis ibique hactenus Vicarium Generalem.

die 13 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Cilibiensi, R.D. Eduardum Kava, O.F.M. Conv., in Ordine Fratrum Minorum Conventualium Delegatum pro Ucraina et Guardianum Conventus paroeciae Sancti Antonii in urbe Leopolitana, quem constituit Episcopum Auxiliarem archidioecesis Leopolitanae Latinorum.

die 15 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Geraldtonensi, R.D. Michaëlem Morrissey, e clero eiusdem dioecesis ibique hactenus Vicarium Generalem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Naiarensi, R.D. Bernardum Eduardum Shlesinger III, e clero dioecesis Raleighiensis, hactenus directorem spiritualem Seminarii Maioris Sancti Caroli Borromei Philadelphiae, quem deputavit Episcopum Auxiliarem archidioecesis Atlantensis.

die 18 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Itensi, R.D. Georgium Eduardum Scheinig, e clero dioecesis Sancti Isidori in Argentina ibique hactenus Parochum, quem constituit Episcopum Auxiliarem archidioecesis Mercedensis-Luianensis.

die 20 Maii 2017. — Praelaturae territoriali ab Alma Domo Lauretana, cum archiepiscopali dignitate, atque Sanctuario Beatissimae Virginis Mariae ab Alma Domo Lauretana necnon pro Basilica Sancti Antonii Patavii Delegatum Pontificium, R.D. Fabium Dal Cin, e clero dioecesis Victoriensis Venetorum et hactenus Congregationis pro Episcopis Officialem.

— Praelaturae territoriali Batanensi, R.D. Danielem B. Ulep, e clero archidioecesis Tuguegaraoanae, hactenus Sanctuarii Iesu Infantis Curionem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Hortanae, R.D. Andream Przybylski, e clero archidioecesis Częstochoviensis, hactenus paroeciae Sancti Petri et Pauli in oppido Zawiercie Curionem, quem deputavit Episcopum Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 27 Maii. — Praelaturae territoriali Caraveliensi, R.D. Rinaldum Nann, e clero archidioecesis Friburgensis, missionarium "fidei donum" in Peruvia, hactenus Curionem paroeciae "San Antonio de Padua" in Vicariatu Apostolico Sancti Iosephi de Amazones, in Peruvia.

— Titulari episcopali Ecclesiae Iuliensi, R.D. Petrum Sergium a Iesu Mena Díaz, e clero archidioecesis Yucatanensis ibique hactenus paroeciae Curionem, quem constituit Episcopum Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 29 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Pensacolensi-Tallaseiensi, R.D. Villelmum Albertum Wack, Congregationis a S. Cruce sodalem, hactenus Curionem paroeciae Sancti Ignatii in urbe Austiniensi.

die 31 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Uruguaianensi, Exc.mum D. Iosephum Marium Scalon Angonese, hactenus Episcopum titularem Giufitanum et Auxiliarem archidioecesis Curitibensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Abziritanae, R.D. Ioannem Georgium Hofer, e clero archidioecesis Salisburgensis ibique hactenus Vicarium Generalem necnon Capituli Cathedralis Decanum, quem deputavit Episcopum Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vegeselitanae in Byzacena, R.D. Franciscum Iosephum Gebert, e clero dioecesis Trevirensis ibique hactenus Capituli Cathedralis Decanum necnon operum caritatis moderatorem, quem deputavit Episcopum Auxiliarem eiusdem dioecesis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sua Santità il Papa Francesco ha ricevuto in udienza in occasione della presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, 18 maggio, S.E. la Sig.ra Aichetou Mint M'Haiham, Ambasciatore di Mauritania;

Giovedì, 18 maggio, S.E. il Sig. Ramesh Prasad Khanal, Ambasciatore della Repubblica Federale Democratica del Nepal;

Giovedì, 18 maggio, S.E. il Sig. Colin Michael Connelly, Ambasciatore di Trinidad e Tobago;

Giovedì, 18 maggio, S.E. il Sig. Daffa-Alla Elhag Ali Osman, Ambasciatore del Sudan; S.E. la Sig.ra Zhanar Aitzhan, Ambasciatrice del Kazakhstan;

Giovedì, 18 maggio, S.E. il Sig. Boubacar Boureima, Ambasciatore del Niger.

Il Romano Pontefice ha inoltre ricevuto in Udienza:

Sabato, 6 maggio, S.E. la Signora Doris Leuthard, Presidente della Confederazione Elvetica;

Venerdì, 26 maggio, S.E. il Signor Rumen Radev, Presidente della Repubblica di Bulgaria;

Lunedì, 29 maggio, S.E. il Signor Justin Trudeau, Primo Ministro del Canada;

Giovedì, 1 giugno, S.E. il Sig. Dragan Čović, Membro Croato della Presidenza Collegiale della Bosnia ed Erzegovina;

Venerdì, 2 giugno, S.E. il Signor Raimonds Vējonis, Presidente della Repubblica di Lettonia.

Il Santo Padre ha compiuto un pellegrinaggio al "Santuario di Nostra Signora di Fátima" (Portogallo), in occasione del Centenario delle Apparizioni della Beata Vergine Maria alla Cova da Iria, nei giorni 12-13 maggio, e una Visita pastorale all'Arcidiocesi di Genova il 27 maggio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Francesco ha nominato:

6 maggio 2017 S.E.R. Mons. Francisco Montecillo Padilla, Arcivescovo tit. di Nebbio, Nunzio Apostolico in Kuwait, Bahrein, Yemen, Emirati Arabi Uniti e Delegato Apostolico nella Penisola Arabica, *Nunzio Apostolico in Qatar*.

13 » » S.E.R. Mons. Jude Thaddeus Okolo, Arcivescovo tit. di Novica, finora Nunzio Apostolico nella Repubblica Dominicana e Delegato Apostolico in Porto Rico, *Nunzio Apostolico in Irlanda*.

» » » S.E.R. Mons. Michael W. Banach, Arcivescovo titolare di Memfi, Nunzio Apostolico in Senegal, Cabo Verde e Guinea Bissau, *Nunzio Apostolico in Mauritania*.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Francesco ha nominato o confermato:

9 maggio 2017 l'Ecc.mo Mons. Roberto Filippini, Vescovo di Pescia, *Membro della Commissione Episcopale per l'Almo Collegio Capranica, ad quinquennium*.

16 » » la Prof.ssa Etsuko Akiba, Professoressa di Diritto presso la Facoltà di Economia dell'Università di Toyama (Giappone), il Prof. Carl Albert Anderson, Supremo Cavaliere dei Cavalieri di Colombo, Professore e Vice Preside del Pontificio Istituto *Giovanni Paolo II* per Studi su Matrimonio e Famiglia nella Sezione degli Stati Uniti d'America, Washington (Stati Uniti d'America), il Prof. Niggel Biggar, Professore di Morale e di Teologia Pastorale e Direttore del *McDonald Center for Theology, Ethics and Public Life*, presso l'Università di Oxford (Gran Bretagna), l'Ecc.mo Mons. Alberto Germán Bochatey, Vescovo tit. di Monte di Mauritania, Ausiliare di La Plata, Professore di Bioetica e Vice Cancelliere della Università Cattolica di La Plata (Argentina), il Rev.do Sac. Maurizio Chiodi, Docente di Teologia Morale Fondamentale presso l'Istituto Superiore di Scienze Religiose in Bergamo e presso la Facoltà Teologica dell'Italia Settentrionale in Milano, Assistente del Centro Volontari della Sofferenza di Bergamo (Italia), l'Ecc.mo Mons. Fernando Natalio Chomalí Garib, Arcivescovo di Concepción, Professore di Antropologia Teologica e di Bioetica presso il Centro di

Bioetica della Pontificia Università Cattolica di Santiago del Cile (Cile), il Rev.do Sac. Roberto Colombo, Professore di Neurobiologia e Genetica Umana, Università Cattolica del Sacro Cuore, Milano, Direttore del Centro per lo Studio delle Malattie Ereditarie Rare, Ospedale Niguarda Ca' Granda, Milano (Italia), il Prof. Francesco D'Agostino, Professore di Filosofia del Diritto nella Facoltà di Giurisprudenza dell'Università Tor Vergata in Roma, Presidente onorario del Comitato Nazionale per la Bioetica, Presidente del Comitato Etico Centrale della Regione Lazio (Italia), il Prof. Jokin De Irala Estévez, Professore di Epidemiologia e Salute Pubblica e Coordinatore del Progetto Interdisciplinare *Educazione della Affettività e Sessualità Umana* presso l'Università di Navarra (Spagna), l'Em.mo Sig. Card. Willem Jacobus Eijk, Arcivescovo di Utrecht (Paesi Bassi), il Prof. Abdel Messih Shehata Farag Mounir, Direttore dell'Istituto *San Giuseppe* pro-Vita e pro-Famiglia, Il Cairo (Egitto), l'Ecc.mo Mons. Anthony Colin Fisher, Arcivescovo di Sydney, Professore di Bioetica e Teologia Morale al *John Paul II Institute for Marriage and Family* in Melbourne (Australia), la Dott.ssa Kathleen M. Foley, Neurologa, Direttrice del Dipartimento di Neurologia presso il *Memorial Sloan-Kattering Cancer Center* e il *The New York Hospital* (Stati Uniti d'America), il Rev.do Sac. Aníbal Gil Lopes, Professore di Fisiologia presso l'Istituto di Biofisica *Carlos Chagas Filho* dell'Università Federale di Rio de Janeiro (Brasile), il Dott. Rodrigo Guerra López, Professore di Filosofia e Presidente del Consiglio Superiore del Centro de *Investigación Social Avanzada – CISAV* (Messico), il Prof. John M. Haas, Presidente del *National Catholic Bioethics Center* in Philadelphia (Stati Uniti d'America), il Prof. Mohamed Haddad, Professore di Civilizzazione Araba e Religioni comparate presso l'Università di Carthage – Istituto Superiore di Lingue in Tunisi (Tunisia), il Prof. Ignatius John Keown, Professore di Etica Cristiana presso la *Georgetown University* (Stati Uniti d'America), il Prof. Kostantinos Kornarakis, Professore di Etica Cristiana (Spiritualità Ortodossa) presso la Facoltà di Teologia della *National and Kapodistrian University* di Atene (Grecia), la Prof.ssa Katarina Le Blanc, Professoressa della Divisione di Immunologia Clinica e Medicina della Trasfusione del *Karolinska Institutet* di Stoccolma e *Senior Consultant* del Centro di Ematologia presso la *Karolinska University Hospital Huddinge* (Svezia), il Prof. Alain F.G. Lejeune, Professore di Diritto Farmaceutico e Deontologia all'Università Cattolica di Lovanio (Belgio),

Membro dell'Accademia Nazionale Francese di Farmacia e Segretario della Commissione Etica, il Prof. Jean-Marie Le Méné, Professore, Fondatore e Presidente della *Fondation Jérôme Lejeune* di Parigi (Francia), la Dott.ssa Mónica López Barahona, Direttore Accademico Generale dello *Biosciences Studies Centre*, Presidente della Delegazione spagnola della Fondazione *Jérôme Lejeune*; Direttore della Cattedra di Bioetica *Jérôme Lejeune*, Madrid (Spagna), il Prof. Ivan Luts, Direttore del Collegio Medico, Scuola Medica di Leopoli, Presidente dell'Associazione dei Medici Cattolici (Ucraina), il Prof. Manfred Lütz, Primario di Psichiatria all'Ospedale *Alexanier Infirmary* di Colonia (Rep. Fed. di Germania), l'Ecc.mo Mons. Daniel Nlandu Mayi, Vescovo di Matadi, Presidente del Consiglio di Amministrazione del Servizio Diocesano dell'Educazione alla Vita, Membro del Consiglio di Amministrazione dell'Università del Congo, Kinshasa (Rep. Dem. del Congo), la Prof.ssa Anne-Marie Pelletier, Professoressa di S. Scrittura, Bibbia e Liturgia presso l'*École Cathédrale* e lo *Studium de la Faculté Notre Dame* del Seminario di Parigi, Professoressa di Antropologia Filosofica e Biblica allo *Studium Théologique Inter-monastères* (Francia), il Prof. Adriano Pessina, Professore di Filosofia Morale e Direttore del Centro di Ateneo di Bioetica dell'Università Cattolica del Sacro Cuore in Milano (Italia), il Rev.do Mons. Luño Ángel Rodríguez, Professore di Teologia Morale Fondamentale presso la Pontificia Università della Santa Croce in Roma (Italia), il Prof. Alejandro César Serani Merlo, Professore e Ricercatore presso il Centro di Bioetica e la Facoltà di Medicina della *Pontificia Universidad Católica de Chile* di Santiago del Cile (Cile), l'Ecc.mo Mons. Noël Simard, Vescovo di Valleyfield, Portavoce della Conferenza Episcopale Canadese dei Vescovi di lingua francese per le questioni di Bioetica riguardanti specialmente l'eutanasia (Canada), il Rev.do P. Jacques Koudoubi Simporé, M.I., Rettore dell'Università S. Tommaso d'Aquino e Direttore del Centro di Ricerca Biomolecolare *Pietro Annigoni* in Ouagadougou (Burkina Faso), il Prof. Avraham Steinberg, Direttore dell'Unità di Etica della Medicina presso lo *Shaare Zedek Medical Center* di Gerusalemme, Direttore del Comitato Editoriale della *Talmudic Encyclopedia* (Israele), il Prof. Jaroslav Šturma, Professore della Facoltà di Filosofia e Teologia Cattolica presso la *Charles University* di Praga, Direttore del Centro per lo Sviluppo del Bambino *Sunbeam* di Praga (Rep. Ceca), il Prof. William F. Sullivan, Docente presso il Dipartimento di Medicina

della Famiglia e della Comunità, Facoltà di Medicina dell'Università di Toronto, Presidente dell'Associazione Internazionale dei Bioeticisti Cattolici (Canada), il Prof. Daniel Sulmasy, Professore di Bioetica presso la *Georgetown University* (Stati Uniti d'America), il Prof. Fernando Szlajen, Rabbino, Direttore del Dipartimento di Cultura – AMIA, Professore della Facoltà di Filosofia e Lettere presso l'Università di Buenos Aires (Argentina), la Prof.ssa Marie-Jo Thiel, Professoressa di Teologia Cattolica e Direttrice del *Centre Européen d'Enseignement et de Recherche en Éthique* – CEERE presso l'Università di Strasburgo (Francia), il Rev.do P. Tomi Thomas, I.M.S., Direttore Generale del *Catholic Health Association of India* – CHAI (India), il Prof. Angelo Vescovi, Direttore scientifico dell'IRCCS Casa Sollievo della Sofferenza di San Giovanni Rotondo e dell'Istituto di Genetica Umana G. Mendel di Roma (Italia), il Prof. Alberto Villani, Direttore della Unità Operativa Complessa di Pediatria Generale e Malattie Infettive presso l'Ospedale Pediatrico Bambino Gesù in Roma, Presidente della Società Italiana di Pediatria (Italia), il Prof. Shinya Yamanaka, Direttore e Professore del Centro di Ricerca e Applicazione delle cellule staminali presso l'Università di Kyoto, Premio Nobel per la Medicina 2012 (Giappone), il Prof. René Zamora Marín, Direttore e Professore del Centro di Bioetica *Juan Pablo II* (Cuba), *Membri Ordinari della Pontificia Accademia per la Vita, ad quinquennium*.

— ha inoltre nominato: il Prof. Bruno Dallapiccola, Direttore Scientifico dell'Ospedale Pediatrico Bambino Gesù – IRCCS in Roma, Membro del Comitato Nazionale per la Bioetica – CNB e del Gruppo Misto CNB – Comitato Nazionale per la Biosicurezza, le Biotecnologie e le Scienze della Vita, Membro del Consiglio Superiore di Sanità (Italia), la Prof.ssa Alicja Grześkowiak, Professoressa emerita di Diritto Penale presso l'Università Cattolica di Lublino (Polonia), Professoressa della *Kujawsko-Pomorska Szkoła Wyższa* (Polonia), *Membri Ordinari della Pontificia Accademia per la Vita, usque ad octogesimum annum*.

— ha infine nominato: l'Em.mo Sig. Card. Carlo Caffarra, Arcivescovo em. di Bologna, già Preside del Pontificio Istituto "Giovanni Paolo II" per Studi su Matrimonio e Famiglia (Italia), l'Ecc.mo Mons. Ignacio Carrasco de Paula, Vescovo tit. di Tapso, Presidente emerito della Pontificia Accademia per la Vita (Spagna), la Sig.ra Birthe Lejeune, Vice Presidente della Fondazione *Jérôme*

Lejeune di Parigi (Francia), moglie del primo Presidente della Pontificia Accademia per la Vita, il Servo di Dio Jérôme Lejeune, l'Em.mo Sig. Card. Elio Sgreccia, Presidente emerito della Pontificia Accademia per la Vita (Città del Vaticano), Presidente della Federazione Internazionale dei Centri ed Istituti di Bioetica di Ispirazione Personalistica, Presidente della Fondazione *Ut vitam Habeant*, il Sig. Juan de Dios Vial Correa, Presidente emerito della Pontificia Accademia per la Vita e Rettore Magnifico emerito della Pontificia Università Cattolica di Santiago del Cile (Cile), *Membri ad honorem della Pontificia Accademia per la Vita.*

17 » » il Dott. Eugenio Selvaggi, *Promotore di Giustizia Aggiunto* e il Prof. Avv. Carlo Bonzano, *Giudice Aggiunto presso il Tribunale S.C.V., per un triennio*. Inoltre è stato confermato il Prof. Avv. Roberto Zannotti, *Promotore di Giustizia Aggiunto presso il medesimo Tribunale S.C.V.*

20 » » il Rev.do Mons. Fabio Dal Cin, della Diocesi di Vittorio Veneto, finora Officiale della Congregazione per i Vescovi, *Arcivescovo Prelato di Loreto e Delegato Pontificio per il Santuario Lauretano, nonché Delegato Pontificio per la Basilica di Sant'Antonio in Padova*.

23 » » l'Em.mo Sig. Card. João Bráz de Aviz, *Membro della Congregazione per il Clero in aliud quinquennium*.

» » » l'Ill.mo dott. Daniele Cancilla, già collaboratore presso la Conferenza Episcopale Italiana per il Forum delle Associazioni Familiari, *Capo della Cancelleria del Tribunale della Rota Romana*.

24 » » l'Em.mo Sig. Card. Gualtiero Bassetti, Arcivescovo di Perugia-Città della Pieve, *Presidente della Conferenza Episcopale Italiana, per il prossimo quinquennio*.

26 » » S.E.R. Mons. Angelo De Donatis, Vescovo titolare di Mottola, finora Ausiliare di Roma, *Vicario Generale per la Diocesi di Roma e Arciprete della Basilica Papale di San Giovanni in Laterano,* elevandolo in pari tempo alla dignità arcivescovile.

29 » » l'Em.mo Sig. Card. Kevin Joseph Farrell, Prefetto del Dicastero per i Laici, la Famiglia e la Vita, *Membro dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica*.

31 » » il Rev.do P. Alexandre Awi Mello, I.Sch., Direttore Nazionale del Movimento di Schönstatt in Brasile, *Segretario del Dicastero per i Laici, la Famiglia e la Vita*.

NECROLOGIO

5	maggio	2017	Mons. Amancio Escapa Aparicio, O.C.D., Vescovo tit. di Cene, Ausiliare em. di Santo Domingo (*Santo Domingo*).
6	»	»	Mons. Youssef Anis Abi-Aad, Arcivescovo em. di Aleppo dei Maroniti (*Libano*).
7	»	»	Mons. Thomas A. White, Arcivescovo tit. di Sabiona, Nunzio Apostolico Emerito (*Irlanda*).
9	»	»	Mons. Brian Barnes, O.F.M., Arcivescovo em. di Port Moresby (*Papua Nuova Guinea e Isole Salomone*).
15	»	»	Mons. Thomas Vose Daily, Vescovo em. di Brooklyn (*Stati Uniti d'America*).
16	»	»	Mons. Emil Stehle, Vescovo em. di Santo Domingo de los Colorados (*Ecuador*).
20	»	»	Mons. Miguel Mykycej, F.D.P., Vescovo em. dell'Eparchia di Santa Maria del Patrocinio di Buenos Aires degli Ucraini (*Argentina*).
»	»	»	Mons. William C. Newman, Vescovo tit. di Numbuli, già Ausiliare di *Baltimora* (*Stati Uniti d'America*).
23	»	»	Mons. Olivier de Berranger, Vescovo em. di Saint-Denis (*Francia*).
30	»	»	Mons. Daniel W. Kucera, O.S.B., Arcivescovo em. di Dubuque (*Stati Uniti d'America*).
»	»	»	Mons. José Carlos Melo, C.M., Arcivescovo em. di Maceiò (*Brasile*).
31	»	»	Mons. Jean-Marie Benoît Bala, Vescovo di Bafia (*Camerun*).
»	»	»	S. Em. il Card. Lobomyr Husar, del Tit. di Santa Sofia a Via Boccea, Arcivescovo Maggiore em. di Kyïv-Halyć (*Ucraina*).
2	giugno	»	Mons. Leon Lemmens, Vescovo tit. di Municipa e Ausiliare di Malines-Bruxelles (*Belgio*).
19	»	»	S. Em. il Card. Ivan Dias, del Tit. dello Spirito Santo alla Ferratella, Prefetto em. della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.